tamen ait beniamin duplicibus partibus ho
norabat. uelque fratrum stare pars si .v. fuerunt
ciborum impositiones de qualibus duplum dedit
beniamin. Biberunt et inebriati sunt
cum eo id est saciati secundum ydioma hebreum. Precepit
que ioseph dispensatori suo ut impleret
saccos eorum et pecuniam inponeret ut prius
cyphum quoque suum argenteum inponeret in
saccum minoris. factumque est ita. et orto ma
ne dimissi sunt. Tunc dispensator iu
bente ioseph insecutus est eos et illis
apprehensis ait. pessimam rem fecistis.
Ciphum furati estis in quo bibit dominus meus
et in quo augurari solet. At illi dixerunt.
apud quemcumque inuentum fuerit quod queris
moriatur. et nos serui erimus domini tui.
Ille scrutatus est incipiens a maiore
usque ad minorem. Inuenit cyphum in sacco
beniamin. Tunc redierunt ad ioseph.
quod omne genus augurii prohibitum erat. licet ipse sci
uit et non exercuit. ioseph aperte excusatur.
Quibus ipse ait. an ignoratis quod non sit si
milis mihi in augurandi sciencia forte ioco dictum
est non est imputandum. Judas enim plurimum sup
plicabat ut ipsum meliorem pro puero ser
uum teneret. quia in suam fidem ipsum
receperat a patre. Quod ioseph indicauit se

fratribus. xlv

Non potuit se ultra
continere ioseph et eiectis aliis

ioseph indicauit fratribus

foras cum fletu clamauit in quod qui exie
rant audirent. Ego sum ioseph noli
te timere pro salute uestra misit me deus
ante uos. biennium iam famis transiit.
adhuc .v. anni restant. quibus non arari
poterit non meti. exinunia fluuii inunda
cione credit accidisse. et adiecit. festinate
et ascendite (nuntiate) patri meo gloriam meam. adducite ad
me ut pascam uos et pecora uestra ne
moriamini et habitabitis terram iessen. oculi
uestri uident quod os meum loquatur ad uos. id est
unum est quod loquor. osculatusque est ioseph
omnes fratres suos fleuitque super singulos. Audi
tumque est uerbum in aula regis. Gauisus
que pharao dixit ad ioseph. dic fratribus tuis.
Tollite plaustra de egypto ad subuectionem
paruulorum et coniugum. omnia uestra adducite
uobiscum. Dabo uobis omnia bona egypti et
medullam terre comedetis. factumque est ita.
Dedit ioseph binas stolas singulis.
stola dicitur atelon quod est longum quasi talaris
Beniamin .ccc. argenteos et .v. stolas
optimas totidemque misit patri. asinos
quoque .x. qui subueherent ex omnibus bonis egypti
et persistentibus ait. ne irascimini in uia.
Qui cum uenissent ad patrem dixerunt. Jo
seph uiuit et dominatur in egypto. Jacob quasi
de graui sompno euigilans non credebat
eis. Cumque uidisset uniuersa munera que mise
rat ait. sufficit mihi si filius meus uiuit. quasi
de potencia uel gloria non multum curo si uiuit
uadam et uidebo eum prius quam moriar. De

descensu israel in Egyptum. xlvj

de descensu israel in egyptum

Igitur profectus
israel cum omnibus que habebat uenit ad pu
teum iuramenti et mactatis uicti
mis deo audiuit deum per uisionem noctis
dicentem sibi. Noli timere ascende in egyptum
faciam te in gentem magnam et inde re
ducam te. Joseph quoque ponet manum suam
super oculos tuos. Surgens ergo de puteo
iuramenti uenit in egyptum cum omni semine
suo. Cuncte anime que ingresse sunt secum
et egresse de femore eius non quod anime sint
ex traduce sed aperte totum intellige fuerunt lxvi
preter ipsum et ioseph cum duobus filiis suis
qui erant in egypto fuerunt omnes
simul .lxx. Translatores .lxx. transtulerunt .lxxv. et lucas

siliis in actibus apostolorum. Sed per preoccupationem
lex dicitur esse assimilata, et enumeratur cum eis. Sed
v. filios filiorum ioseph. quia illi duo duas
futuri erant tribus. Lucas quidam scri
bens actus apostolorum gentibus non fuit au
sus mutare numerum .lxx. quia eorum vigebat
auctoritas inter gentes. Ipse adhuc ignotus
erat eis. Ipsi et .lxx. in deuteronomio testatum
quod israel ingressus est cum animabus .lxx. Possunt et in
hiis numerari her et onam filios iude qui
tamen mortui sunt intra chanaam, forte
in loco defunctorum numerantur due ancille
iacob, sicut et ille intrauerunt. Sed more scripture
summam numerorum posuit, cum minus plus desit.
Item non sodinia numeratur .lxx. scilicet preter iacob fi
lii .n. lye .xxxiii. filii rachel .xiiii. filii
zelphe .xvi. filii bale .vii. et non cum ioseph
non duos habet, non duos restat, ut beniamin
habet .x. sed in libro non leguntur nisi ix. forte
vitio scriptorum duo nomina scripta sunt pro uno.
Unde magister hugo sancti victoris, asbel tamen
in asa et belam diuisit. Sed non videtur posse stare,
quia in numeris cum familie eorum numerantur
vitiis in aduocatis legitur sic. asbel a quo fa
milia asbelitarum. sed in hebrea veros et
numeros propheti duo nomina sunt que aput nos
in vnum se victa sunt. Forte quia iosephus asbel
posuit asbela, ideo sic diuisit. *Quod ioseph*

xlvij

Premisit ... ad regem. P
autem iacob iudam ad ioseph ut oc
curreret illi in gessen. Alii habent ad
urbem heroum intra ramasse, que tunc
gesen dicebatur, postea thebais dicta est
a qua thebei, quorum legionis prefuit beatus
mauricius. Alii thebei vel thebani. Postea
cum fuerint exercitus, quia ibi eligebantur reges,
dicta est urbs heroum, quia heroes egypti
eius debebant custodiam. In finibus terre
illius postea edificauerunt hebrei cogentibus
egyptiis urbem tabernaculorum que dicta est
ramasse, quia maselinus rex regnauit
in ea et frater eius. quia in nomine fit, post pagarse
euoites, que sonat sum seruus, sic dicta quasi
sum dilectione rex, unde cepit imperare in
egypto. Dixitque ioseph ad omnem domum
patris sui. Ibo et nuntiabo pharaoni vos ue
nisse et viros esse pastores. Cumque di
xerit vobis quod est opus vestrum, pastores sumus
nos et patres nostri. Hec dicetis, ut habitetis
seorsum ab egyptiis in optima terra ges
sen, quia detestantur egyptii omnes pasto
res ouium, quia non comedunt eas, sed colunt
ut hamonem. Ingressus quoque ioseph ad re
gem, ex fratribus suis .i. supremos .v.
viros statuit coram rege. Qui cum se di
xissent pastores ouium, addiderunt:
non est herba in terra canaan, petimus quod
ut iubeas nos seruos tuos esse intra
gessen .i. non separari volumus. Sed commune
facere prius prudenciam. Sic quoque egyptus
tempore inopie habundabat in pascuis. Dominus
quia egyptus contra naturam aliarum regionum
cum habundat frugibus, sterilis est in pascuis, et
e contrario, diuturnior .n. mora fluuius super terram
tempora colendi impedit .v. sata extinguit,
pascua autem nutrit. Post hec introduxit pa
trem ad regem, benedixitque regi. Inquisitus
quoque a rege de diebus vite sue, ait. Dies pe
regrinationis vite mee .cxxx. annorum sunt,
parui et mali, non peruenerunt usque ad dies
patrum meorum peregrinationis dixit, quia sanctus vitam
hanc pincolatum habent, mali dixit, quia sapiens
in principio accusator est sui, quia a deo parui de eta
ut sodes non peruenerunt et est. Dedit ergo iose
ph fratribus suis possessionem in optimo terre
solo ramasen dicitur tamen iose. Concessit eis pharao
ut in eliopolitana urbe commorarentur. Illic
.n. pascua pastores habebant, sciens gratum
esse egyptiis separari a se pastores, et non quia
eorum essent istis dedisse, forte ad territorium
eliopoleos spectabat terra iesseni. *De annone*
I
nualuit fames *quinte partis frugum institutio.*
in egypto. Cumque defecisset pretium emptoribus,
sustentauit eos ioseph anno illo pro com
mutatione pecorum. Sequenti anno cum iam
fame perirent, emit omnem terram egypti
ioseph palmentis, et subiecit eam seruitu
ti pharaonis preter terram sacerdotum, quam dede
rant eis reges, quibus statuta cibaria
ex horreis publicis debebantur, et ideo non
sunt compulsi vendere possessiones suas *et pecora*
Circa finem vero seruitutis ait ioseph ad
populos. En vos et pecora vestra in manu *et terra*
pharaonis sunt. Ecce vobis reddo terram

Zelpha et bala

regis

III

. z pecora

et pecora et dabo semina et coletis ter
ram / regi quintam partem dabitis quatuor reliquas
dimitto vobis in sementem et cibos. Qui di
xerunt / salus nostra in manu tua est / ex tunc
usque nunc quinta pars soluitur regibus egypti / et
factum est quasi in legem. De iuramento quod fecit Io
Instrauit [Creuit] igitur israel in egypto / aucti quoque seph patri.
est nimis / et uixit in ea .xvii. annis. factique
sunt dies sui .c.xlvii. annorum. Cumque uideret
diem obitus sui imminere. uocauit ioseph / et fecit
posuit manum sub femore suo. et iurauit /
quod sepeliret eum in sepulchro maiorum suorum /
quod abrahamium dicitur / et interserendo dixit / ubi
mortua fuerat rachel / quasi se excusans quod non
sepelierat eam ubi uolebat / sepeliri. Causa
fuit sciens sepeliri intra / in qua sciebant
christum resurrecturum ut cum eo resurgerent.
Distat enim abrahamium a caluaria fere xxx
milibus. Cumque iurasset ioseph / conuersus israel
ad lectuli caput / quod erat ad orientem / adora
uit dominum. Quidam codices habent adorauit
super caput uirge eius. uel in capite uirge sue / et ut
quod stare potuit esse senex / et habere uirgam / ut
in hac etate fieri solet / et innixus super eam / adora
uit / uel ceptrum quod gerebat ioseph suscepit /
donec iurasset. Cumque iurasset / innixus super cacu
men uirge non reddite adorauit dominum. Solet enim
credi esse de ducibus / quod adorauit ceptrum ioseph
Ioseph habuit ceptrum regis / quia sedes in regno
pharaonis erat / et ibi impletum quod dixit / sed nunquid a
dorabimus te super terram. De benedictione effraim
Interim nuntiatum est ioseph quod et manasse.
egrotaret pater eius / assumptisque duobus fili
is suis illuc perrexit. Audiens senex ue
nisse filium / confortatus est / et sedit in lectu
lo / uidensque ioseph duos ait. Qui sunt
isti / clare enim uidere non poterat. et ait
ioseph. Isti sunt filii quos dedit michi deus
in loco isto. et ait iacob isti duo mei erunt
sicut ruben et symeon deputabuntur in quas
tribus faciet / reliqui quos genuisti nomine fra
trum suorum / uocabuntur in possessionibus
suis. Applicuit autem ioseph manasen / ad
dextram patris / et effraim ad sinistram / orans
et petens / ut benediceret eis. Iacob uero in spiritu
cancellauit manus minori dextram super
ponens / quod grauiter ferens ioseph ait / non ita

conueniet pater / alter enim primogenitus est. et ille / scio
enim fili mi quod erit in populos sed minor maior
erit / et semen eius crescet in gentes. Hoc
impletum est in ieroboam qui primus imperauit
x. tribubus / et fuit effrataeus / et ait ad effra
im / in te benedicetur in populum / faciat te
deus sicut effraim et manasse / et ad am
bos ait. Deus patrum nostrorum / benedicat pue
ris istis / et inuocetur nomen meum super
eos et nomina abraham / et ysaac et crescat
in multitudine super terram. et ait ad iose
ph. Deus reducet uos in terram uestram
Do tibi partem fratres tuos / sichimam / quam tuli in
gladio / et arcu meo / de manu amorrei
Sane eam emerat .c. agnis / a rege emor /
sed cum perempte sichimitarum / debuerat auferri
sed preualuit / se per eam obtinuit. De benedictionibus
Conuocauit autem iacob .xii. tribuum.
filios suos / et ait ad illos / congregamini
ut enuntiem uobis / que uentura sunt /
in diebus nouissimis / ad litteram de diui
sione terre / et de statu tribuum futuro prophe
tauit / aptissimo uero de utroque / et aduentu
Ruben primogenitus meus. De Ruben.
fortitudo mea id est quem genui in etate
robusta / principium doloris mei / id est solici
tudinis mee circa filios. Unde alii habent capillum
libis meis / prior in donis maior in imperio super
ple esse debueras / effusus es sicut aqua id est in libi
dine. Sed non crescas / quia ascendisti cubile patris tui
uel sic distingue / effusus es sicut aqua / non crescas
quia accupasti ac si diceret / lege primogeniture honor
pre aliis tibi debebatur / et duplicitas in posses
sione. Sed sufficiat tibi / pre omnibus tuo parce
esse ceteris non sed super excrescas / sicut aqua bulliens
et sicut fluuius inundans. De symeon et
Symeon et leui / uasa iniqui .Leui.
tatis / qui in furore suo / occiderunt
uiros. scilicet sichimitas / et suffoderunt mu
ros / in uoluntate sua. Hoc apertius secundum uoluntatem suam fecerunt
sicut id est. Alii habent / subnerauerunt thaurum quod quidam
de filio regis / qui rapuit dinam intelligit.
Quidam de christo. De symeon enim scribe / et de
leui sacerdotes / quorum consilio / christus occisus est
Unde dixit. In consilio eorum non ueniet anima
mea. Hoc plane prophetasse dicitur. Diuidam eos
in iacob / et dispergam eos in israel. ad litteram

.n. leui sortē nō hūit, intra, s; ad mixt9 alijs
ciuitatos hūit/ ad alenda pecora/ sili m̄ symе
on, q2 modic9 erat/ sortē nō hūit, s; recept9
est in sortē iude. Seq̄ de iuda ū̄ ꝓphetat̄ de
regno futō in iuda/ et plane de xp̄o. **De iuda.**
Iuda te laudabūt, frēs tui/ h̄ frm̄ est,
q̄n alijs hesitantib; ꝑm9 p9 moysen ītrauit
mare/ ū ꝛ regnū ꝓmuit/ man9 tua in cer
uicibus inimicoꝝ tuoꝝ ꝛ adorabūt filij
pr̄is tui/ h̄ notat regē futm̄. Catul9 leōis
iudas/ h̄ de capite regni. Dauid .n. minim9
frm̄ suoꝝ/ elc̄s ē in regē/ ad p̄dā ascēdisti
fili mi. q2/ p̄ os plios hostes hūit/ requies
cens/ accubuisti ut leo/ ꝛ q̄si leena/ p̄ea
in pace quieuit/ ꝛ regnauit/ ꝛ maxime
timebatur. Quis suscitauit eū, ad ꝓph
tandū/ q̄s sp̄s solus/ qui direct9 ē ꝛ os/ ul'
de sutessione salōnis p̄ dici. Nō auferet
sceptrū de iuda/ ꝛ dux de femore eius donec ue
niat/ qui mittend9 est a p̄re. s. x̄. usq; ad
trāsmigratione babylonis fuīt reges xx.
de iuda/ ex iū duces us; ad yrcanū ꝛ itm̄ xx
fuīt reges/ cca tp̄a x̄. Defecerūt, utriq;/
ꝛ regnauit herodes. alienigena. ꝛ ipse
erit expectacō gentiū. s. salus expecta
ta nō solum iudeis s; ꝛ gentib;. Tandē
ūtit sermonē ad filiū iuda/ de illo. s. x̄m
itterido/ sic. O fili mi/ ille erit figens pullū suum
ad uineam/ ꝛ ad uitē asinam suam. i.
gentilē ꝛ iudeā s/ q̄ uitis ē associabit
Lauit in uino stolam suā/ ꝛ in sanguine
uue palliū suū. i. carnē passionis san
guine cruentabit. pulchriores oculi ei9 uino
~~ā~~ ꝛ dentes illi9. i. p̄dicatores. Lacte can
didiores/ hebre9 oīa de iuda. sic n̄ auferet
ceptrū. i. q̄dam dūnū/ q̄ ꝑm9 intrauit
mare rubrū/ ꝑm9 obtulit/ fecō tabnaclo/
ꝛ h̄modi/ donec ueniat qui mittend9 ē/
hebreus h̄t/ donec ueiat sylō/ us; ad sau
lem qui est unct9 in sylo/ p9 tn̄ redijt
ad iudā/ q2 eripuit. Joseph de manibus
frm̄ suoꝝ/ erit expectatio gentiū. i. tri
buū. Vn̄ d9. Judas ascendet ꝓ nobis ī
ꝓliū. Ligans ad uineam pullū/ ꝛ ad ui
tem asinam suā. i. tanta erit ei uini
copia/ q2 in una uite honerabit asinus/
et ob h̄/ ꝛ rubitundos dixit oculos/ q2 sic

appet in oculis bibentiū/ in candore dentiū/
copiam diuiti/ ꝛ lactis uocat/ q2 lac come
stum appet in dentibus **De zabulon.**
Zabulon/ habitabit in littore maris/
ꝛ in statione nauium/ ꝑtingēs usq;
ad sydonem. i. trām/ tbus hec mari
tima possedit **De ysachar.**
Isachar/ asinus fortis/ ul' osseus. i. uir ag
cola accubēns int̄ minis/ q2 medi t̄raneum
possedit/ int̄ maritimā ꝛ montes ꝛ uid̄
requiē/ q̄ eēt bona. i. t̄rā fertilem. Vn̄ seq̄
ꝛ t̄rā q̄ optia eēt/ ꝛ supposuit h̄m suum/
ad portandū/ q2 in uehendis merib; ad ma
re laborabat/ q̄ in finib; suis hn̄dabant
frūs q̄ tbutis seruiens. i. nauib; tbuta fe
rentib;. h̄ hebrei/ methaphorice exponūt
d̄ites/ q̄ nocte ꝛ die studendo laborauit
ꝛ iō/ ōs tb;/ ei seruierūt. q. magro dona fe
rentes
Dan iudicabit. **De dan.**
ꝑplm suū/ sic ꝛ alia tb; isrl'/ fiat dan
colub' ī uia/ cerastes ī semita/ mordēs
ungulas equi/ ut cadat assessor ei9 retror
sum. h̄ in sampsone impletū ē. q. d. l; dan
sit minima tb; tn̄ de ea surg; iudex ī isrl'
sic ꝛ de alijs/ qui ad modū colub' uiam ob
seruabit/ ne liceat hostib; uagari ꝑ iudeā
de ꝑplando ut ꝑus/ ꝛ supbiā phylistijm
retrocedere faciet/ s; ipius tant9 sit/ n̄ tn̄
erit ~~antix q2 tot ꝛ tanta dimisit ut cre
deret antix~~. Vn̄ sbdit/ tn̄/ p9 illū salutare
tuū/ expectabo dn̄e/ exponit ꝛ h̄ de anti
xp̄o/ quē/ uenturū de dan assūnt/ q̄ cōf
scōs/ morsu pestifere p̄dicationis ꝛ cornu
potestatis armabit. Multos ē/ qui ascen
derant ad dm̄ culmen ūtitū deiciet rex/ ꝛ tūc
saluator ueniet/ ad iudiciū expectatus
ꝛ sic in sessorem equi deiciet. Alij referūt
h̄ ad iudā/ qui eq̄m. i. carnē x̄/ ꝛ assessorē eius
i. aīam/ morsu p̄ditōis deiecit in mortem
tn̄ saluator expectat9 resurget erit s; iudas
credit̄ fuisse de ysachar **De gad.**
Gad accinctus ul' latrunculi9 ꝑliabit
an̄ eū/ ꝛ ipse accinget retrorsū. Gad
cū ruben/ ꝛ dimidia tribu manasse/
relictis uxorib; ꝛ libis/ ult̄ iordanē/ in fi
nib; suis/ armatus p̄cedebat isrl' ī t̄ram
ꝑmissionis/ s; p̄ xiiij ānos ꝑm9 reuertens

pluu̅ ~~irritauit~~ gentiu̅ adu̅sus suos quos
reliquerat inuenit et fortit̃ dimicauit hostes

De Aser.

Aser pinguis panis eius et prebebit delicias regibus. Sicut
panis et pbebit delicias regibus/
filiis .n. fuit h' possessio / et delitiis
erat affluens. **De Neptalim.**

Neptalim ceruus ul' emissari(us) emiss(us)
dans eloquia pulchritudinis / pro ue
locitate cui signt̃ / uelocitas t̃re
uberioris / q̃ p̃ alys p̃cocos .i. matuos fruct(us)
p̃it. Aly h̃nt ag̃ uirginis / q̃ sc̃ lac ge
nesereth / iordane irrigat̃. ul' i sunt aque
calide / ad ɔmendacõnẽ u̅ eloq̃ / ad monte̅
tabor / qui in finib; ei(us) est / referunt / q̃ eum
pphe icolunt / ul' q̃ de p̃mis ei(us) frugib(us) /
offerebat̃ in pascha / vn̄ fiebat laus dõ /
que ẽ eloquiu̅ pulchritudinis / ad xp̃m tu̅ /
et ad discipulos / ũu(us) refert̃ / q̃ i max̃ doct̃

De morte ioseph.

Filius accrescens ioseph
u̅tutẽ. s. et dignitate / p̃ duos p̃res
i tribubus / filie discucurerunt p muru̅ /
h' notat / q̃ ioseph transeunte egyptu̅ mu
lieres ascendebant muros / ut uiderẽt
ei(us) pulchritudine̅ / exasp̃auerunt ineu̅ / et ob
iurgati sunt / et inuiderunt illi / h̃ntes iacula
inuidie / ɔ̃ eu̅. h' de f̃rib; / ul' de uiris egyp
tiis / qui iaculis inuidie / ɔ̃ eu̅ armati sunt /
sedit in f̃[ortitudine] arc(us) ei(us) .i. in dn̄o / et io dissoluta
sunt uincula brachiorum / et manuu̅ illius
p man(us) potentis iacob .i. d̃s / qui ẽ poten
tia iacob / soluit uincula / quibus ligauerant eu̅ f̃res /
Inde pastor egressus ẽ lapis isrl' / q̃ de eo
ieroboam qui fortit̃ rexit isrl' .i. x. tribus
ul' totus fam[il]ie p̃ris ~~pastor~~ in egypto /
hebreus ~~ut~~ / pastor lapis in isrl' / post cõ
mendatione̅ ei(us) b̃ndixit eu̅ sic. Deus p̃ris
tui erit adiutor tuu(s) / op̃e b̃ndicat t̃ bene
dictionib; celi desup / b̃ndictõib; abyssi /
iacentis deorsum benedictõib; uberu̅ ~~et~~
~~uenit~~ et uulue / ordo ɔu̅sus ẽ .i. p cõceptio
ne / et nutricatione ponit̃ / op̃ .n. rore̅ celi /
et f̃tilitate̅ terre / ubtate̅ lactis / fecundita
tem pectoris. B̃ndictõnes patris tui / cõfor
tate sunt / b̃ndictõnib; p̃rm ei(us) / donec
ueniret desideriu̅ / colliu̅ et̃norum. h' ad lit
teram nich' est expõitu̅. Sic forte p̃ in
telligi. Leg[itur] in hiis Inchiati sunt scopli
arnon / ul' gesserunt / sco arnon / et in p̃s ɔɔ
tes exultauerunt ut arietes / et col. si. agni
ouiu̅. et h' dic̃ desideriu̅ colliu̅ / h' t̃ra ad idem
spectat̃. Ali' colles dicũr tegõm et̃nu. Dicũs
g̃ iux̃ arnon fuisse / asp̃imos ~~montes~~ / et
saxeos / et io dci sunt et̃nu / et quatuor h̃ebat
ceranina .i. cornua ul' catuia / et unde tegom
dci sunt / quorum alia p̃s / incliata ẽ / corã isrl' /
ut facile transirent / et .q. applausit / eorum ad
uentui / et forte / dimidia trib; manasse /
c̃tra montes illos / forte h̃uit / et ẽ s(ensu)s. Sic b̃n
dicet̃ ioseph / donec p colles exultantes / in
traret t̃ram p̃missionis / et ult̃ / q̃ dom̃ inclu
sium ẽ / forte / pphauit de monte effraym
et monte samarie / in quib; regnaũt isrl' / ul' /
de montib; medorum / et psarum / ultra quos / ex
ul. at ad huc effraym / et manasses / et leta
ta est t̃ra / de exilio hostiu̅ / et t̃e / dom̃ exclu
sium ẽ. t̃e .n. c̃iata ẽ gloria isrl'. Ex hebreo
h̃et̃ / h' sensus / donec iungant̃ colles / et̃ni
celo / et ẽ s(ensu)s / b̃ndcõs sit ioseph u̅ q̃ / .i. oi t̃pe
more loquendi / sic .n. solet dici / donec celu̅
et t̃ra coeunt / et hee omnes b̃ndictiones /
uenient in capite ioseph / et in u̅tice na
zarei / .i. sci int̃ f̃res suos **De beniamin.**

Beniamin lupus rapax / mane come
det p̃dam / et uespe diuid; spolia / q̃dã
referunt / ad ierl̃m / que fuit in sorte
beniamin / q̃ dc̃ / lupus rapax / q̃ sangui
nem pphar / fudit ul' bibit / et x̃ / et mane
egressionis / de egypto / p̃dam .i. lege̅ q̃
extorta / adeo accepit / et ad huc / eam co
medit. s; in uespa mu̅di diuid; sp̃m ui
uificantem / a l̃ra / occidente .i. sp̃ualẽ in
telligentiam a l̃rali / q̃ h̃nt iudi / hebrei / ad
altare / q̃ fuit in ierl̃m / referunt / q̃ dc̃ lup(us)
rapax / p̃pt ignis ~~rapacitate̅~~ / in quo ma
ne sacerdotes / ponebant uictimas / ad co
lendu̅ / uespe / int̃ se / diuidebat p̃tes suas /
que de sacrificiis eorum / eos cõtingebant
s; ũu(us) / de paulo intellr̃ / qui fuit de benia
min / qui p̃ / fideles p̃secutus / p(ost) fidelis ẽ
di / et g̃do(us) ẽ / dispensauit / ul' q̃ / trib; illa / mul
tum fuit bellicosa. B̃ndixitq; singlis / p̃p̃is
b̃ndictõib; / n̄ q̃ singlis / bona dixit / s; q̃ be
ne / pphetice dixit / ul' q̃ / ex max̃ p̃te
bon̄ benedixit eis. **De morte iacob. et in[humatione] s[epul]**
latione in ebron.

Hec locutus est iacob / et collegit pedes
suos in lectum suum / et obiit / et appositus
est ad populum suum · i · ad angelos eternam spe
rantes requiem per · mortuum quod quia ad positus est ad ab
raham et ysaac · sed tamen pauci pre dici non
possunt · Joseph vero precepit medicis ut con
dirent eum aromatibus / et custodirent eum
egyptii · xl · diebus · Mos · n · erat egyptiorum
incondita corpora servare · ix · diebus / et sin
gulis diebus plangere et fovere ea aqua cali
da / ut sciretur / utrum anima sopita an egressa
esset / et tunc ix · die solebant petlinis cornibus
clangere / quando suscitabatur corpus et sic pplin
conuocare / quia non habebant alias campanas
Condita vero xl diebus servabant · hebreis mos
erat incondita servare vii · diebus · Condita
xxx · Servaverunt et ipsi iacob · xxx · et in sed
amborum custodia fuerunt dies lxx · fi
deles modo quia mortuos suos fide et virtutibus
conditos agunt · xxx diebus eos plangunt
· i · speciales missas sed vivo tot dierum pro eis ce
lebrant · Quidam tertium diem celebrant / ma
xime pro spiritu et corpore / alii vii quia transeunt mor
tui ad vii etatem quietis / vel pro septenario
anime / et corporis · Significavit autem ioseph pharaoni
per intercessores / quod iuraverat patri de sepultura /
et accepta licentia a pharaone comitatibus fratribus
suis et multis senibus egypti detulit patrem /
ad sepeliendum in ebron · Sed timentes bella
declinaverunt a bitinere recto venerunt que
aream ad ad vero postea populus murmurans /
contra dominum igne est consumptus / et planxerunt
ibi diebus vii et ob hoc indigne / dixerunt locum
illum planctum egypti · Tandem redeuntes
ad viam transito iordane / sepelierunt in
spelunca duplici · Redyt que ioseph in
egyptum / cum fratribus suis et universo comitatu
Timentes vero fratres **De morte ioseph.**
eius / ne mortuo patre fieret murmur
iniurie illorum / dixerunt ei · pater tuus
ad hunc vivens / mandavit nobis / ut hec
verba tibi diceremus obsecro ut obliviscaris sce
lerum fratrum tuorum / nos quoque oramus ut dimittas
patri tuo noxam hanc / et adoraverunt pronum
in terram · Flevitque ioseph et ait · Nolite ti
mere / et consolatus est eos · Vixitque · c · et
xx · annos · et vidit filios effraim usque

in tertiam generationem et de machir filio ma
nasse / nati sunt filii / in genibus ioseph · Dixit
que fratribus suis · Deus adhuc visitabit nos
et reducet ad terram pro qua iuravit patribus
nostris asportate ossa mea vobiscum · Cumque
adiurasset eos sic hic mortuus est / et conditus
aromatibus / repositus est in loculo in egypto non
per ea motus / donec egressi filii israel de e
gypto sunt / Alii fratres sicut ioseph quilibet in obitu
suo deferebatur / et sepeliebatur in ebron /
post translati sunt in sichem · **hystoria exodi**
Hystoria non **in a · quam precedenti · sed eadem continuata ·**
Alia quidem a precedenti sed est eadem continua
ta / sed propter fastidium tollendum in v · parti
ciones distincta est · Quarum quelibet partem
libri sortita est vocabulum et hec v · distinc
te sunt ab hebreis per ut thomos quorum
xii · precesserunt in genesi · hic autem secunda particio exodus
dicitur grece / latine exitus · Odos · n · iter vel via
dicitur agens de exitu israel de egypto / hebrai
ce · n · dicitur eslemohot a principio libri et sonat hec
sunt nomina sicut nos a principiis suis psal
mos nominamus **De servitute filiorum israel.**
Surrexit interea rex novus in egypto · c · i ·
longo tempore post mortem ioseph ab illo
· n · sub quo fuit ioseph / qui proprio nomine
nephres dictus est octavus regnavit amo
nophis / sub quo natus est moyses · Reg
no autem translato ad aliam domum · rex ille · q ·
novus / ~~obii~~ ignoravit beneficia ioseph quibus
cumulavit egypto / et odiebat israel / maxime ut
ait iosephus / quia invidiunt eis egyptii propter virtu
tem ingenii et laboris industriam et afflu
entiam opum et sobolis nobilitatem / et ait rex
ad populum suum · populus israel / fere fortior nobis est
Sapientes opinamur eum / ne ipse multi
plicatus / contra nos insurgat / vel addatur
hostibus nostris / et egrediatur libere · In posu
it ergo eis graves angarias operum / quibus fratres
non vacarent amplexibus / et magistros operum
prefecit eis hebreos / sed magistris operum prefecit
egyptios / ut durius eos affligerent · Coxerunt
ergo lateres / ex quibus edificaverunt regi civi
tates tabernaculorum phitom / et ramassen
civitates quod erant prius sed non tabernaculorum
erant autem in finibus egypti et iam mura
vit eas pharao / ut ibi poneret armatos · q ·

et edificaverunt civitates

in tabernaculis qui excubantes ne posset quis
gredi vel egredi sine rege nutu. vel tabernaculo
rum .i. pauperum plus ... et opere eorum
illas ditavit. vel pontum .i. situs poneret.
Aliud est tamen grande opus quod servile imposuit
eis ut lutum platearum et sordes maris chosinis
exportaret. Situs saccus publicus in quo ex
actores reponebant debitum quod reddi(ba)tur
regibus. De quo legitur. Manethon in chronographi
no servierunt. Tertium est addidit opus
fossionis ut fluvium per multas derivationes
dividerent et circumdarent civitates fossatis
ne fluvii eas mundare valeret et cc
annos in hiis miseriis expenderunt .i.
compleverunt. Quanto magis n. opprimeba
tur tanto plus deo auctore multiplica
bantur.

De dolo obstetricum.

Quod videns pharao excogitavit dolum et
precepit obstetricibus hebreorum sepho
re et phue que preerant multitudini ob
stetricum ut masculos eorum in obstetricando
interficerent et abortum esse fingerent metirent
feminas autem reservarent. tum quia fragi
lis sexus nocere non posset. et libidini egyp
tiorum deserviret. tum quia quidam sacerdos sci
ba regi predixerat illo tempore masculum nasci
turum in israel qui regnum egypti humilia
ret et virtute transcenderet universos. Ti
muerunt vero obstetrices dominum et servaverunt
mares. que cum a rege redarguerentur men
tite sunt dicentes hebree obstetricandi sci
entiam habent et prius quam veniamus ad eas pariunt.
Et quia timuerunt dominum edificavit illis do
mos .i. locupletavit eas cum essent pau
peres. vel fecundavit eas cum essent steriles.
Augustinus. Obstetrices venialiter peccasse ...
... velle quod mortale dicit ... mentes benignitatis
earum potuit in eterna vita retribui
sed pro culpa mendacii in terrenam compensa
tionem declinata est.

De submersione puerorum.

Videns igitur pharao dolos sibi
non prodesse aperte aggressus est eos.
precipiens ut quicquid masculini
sexus nasceretur in israel in flumine proiceretur.
eo tempore multi perierunt submersi. Pro peccato
credidit deus egyptios in hunc errorem
tradidisse ut apim pro deo colerent. Erat
autem apis ut ait plinius qui et testatur se
eum vidisse. Quidam taurus qui ex im
pulso egrediebatur de flumine. habens in humo
dextro signum candidum ad instar lune
corniculate ad quem cum statim confluerent
egyptii omni genere musicorum psallentes
levabatur in aere. et super eos tanquam psal
lens ferebatur et ad motum vel stationem
eius ipsi in terra movebantur et stabant.
et eadem die evanescebat. Dicunt tamen
quidam quod in festo serapis annuatim emer
gebat. Unde et ipsum serapim .i. serapi
consecratum autumant vocatum. Alii tamen per
decennium semel apparere dicunt. Alii tamen tempore
iusti sacerdotis eliopoleos .i. iusti non ... ut quasi
divinitus iusti indicaretur sacerdotium. pro peccato
ergo illius punivit deus errore fluminis.

De educatione et ortu moysi.

Egressus est post hec quidam vir levita nomine amram
vel amramus. Qui accepit uxorem
iocabulem .s. iocabedh. qui nolebat accede
ad uxorem propter edictum malens carere liberis
quam necare. Sed deus per somnium astitit
ut ait iosephus dicens ne timeret uxorem
cognoscere quia puer quem timebant egyptii na
sciturus erat ex ea. etiam de sacerdotio aaron ei
significavit. Tandem accepit mulier et peperit
filium sub silentio eo quod non multum eius dolores
partus institerunt. et videns puerum elegantem
abscondit eum tribus mensibus. cumque celare
non posset sumpsit fiscellam scirpeam .i. modicam
fiscellam .i. saccum rotundam vimineam complexam
et linivit eam bitumine ac pice et ponens
intus infantulum in carecto ripe eum expo
suit ne impetu fluminis raperetur. stante procul
sorore pueri maria et exspectante rei
eventum ex matris precepto. Ecce descendit
termuth filia pharaonis ut lavaret in flumine.
que videns alveolum et afferri sibi iubens
vidit parvulum vagientem. et misera est eius
dicens. de infantibus hebreorum est hic. Sic
enim deus cum ... ut ab hostibus
etiam dignitatem alimento haberet. et cum plures egyptie
ad movissent ei ubera ad lactandum faciem
avertebat. et ait maria vis inquam adducam
hebream forte ubera gentis sue sequitur.
Excepto igitur thermuth abiens matrem

statum

puuli tamquam alienam adduxit. et accessit ad ubera eius puer. Suscepit ergo thermuth alendum puerum. et ablactatum reddidit filie pharaonis. que adoptavit eum. et dixit eum moysen. Egyptii enim moys aquam, ys salvatum dicunt. Quem cum quodam die thermuth obtulisset pharaoni. ut et ipse eum adoptaret. Amminiras rex pro venustatem coronam quam tunc forte gerebat. capiti illius imposuit. Erat autem in ea hamonis ymago fabrefacta. puer autem proiecit coronam in terram. et fregit. Sacerdos eleopoleos. a latere regis surgens exclamavit. hic est puer quem nobis deus occidendum monstravit. ut deterto timore careamus. et voluit irruere in eum. sed auxilio regis liberatus est. et persuasione cuiusdam sapientis. qui per ignorantiam hoc esse factum. Apuo asseruit. In cuius rei argumentum cum prunas allatas rex puero obtulisset. puer eas ori suo apposuit. et lingue summitatem igne corrupit. Unde et hebrei eum impedicioris lingue fuisse autumant. Tante vero pulchritudinis fuit. ut ait iosephus. ut nullus adeo severus esset. quin eius aspectui non hereret. ut benediceret. multique cum currerent per plateam desertis occupacionibus in quibus studebant deserebant.

De uxore moysi ethiopissa

Factum est autem cum adultus esset moyses. ethiopes vastaverunt egyptum. usque ad mephim et mare. Quocirca divini ad divinaciones egyptii responsum acceperunt. ut auxiliatore uterentur hebreo. et vix obtinuerunt a thermute ut exercitum quem paraverat moysen preficerent ducem. pro cuius presentis sacramentis ne ei nocerent. Erat autem moyses vir bellicosus et peritissimus. Qui fluminis iter tamquam longius previdens per terram duxit exercitum itinere breviori. ut improvisos preveniret ethiopes. sed per loca plena serpentibus iter faciens. tulit in arcis papirus super plaustra ibices. ciconias scilicet egyptias naturaliter infestas serpentibus. que rostro per posteria in nullo aliud pergant. castraque metatus proferebat eas ut serpentes fugarent. et devorarent. et ita tutus per noctes transibat exercitus. tandem pervenientes ethyopes expugnans inclusit eos fugientes in civitatem saba regiam. quam postea cambises a nomine sororis sue meroem denominavit. quam [illegible] inexpugnabilis erat. Dum diutius obsedisset oculos suos iniecit in eum tharsis filia regis ethyopum. et ex condicto tradidit ei civitatem si duceret eam uxorem. et ita factum est. Inde est quod maria et aaron iurgati sunt adversus moysen pro uxore eius ethiopissa. Dum autem redire voluisset non acquievit uxor. Porro moyses tamquam vir astrorum peritus duas ymagines sculpsit in gemmis. huius efficacie ut altera memoriam altera oblivionem conferret amoris. cumque paribus anulis eas inseruisset alterum scilicet oblivionis anulum uxori prebuit. alterum ipse tulit. ut sicut pari amore sic paribus anulis insignirentur. cepitque mulier amoris viri oblivisci. et tandem libere in egyptum regressus est.

De fuga moysi et affinitate ietro.

In diebus illis egressus moyses ad fratres suos in terra iessen vidit afflictionem eorum et post factum operis egyptium percucientem quendam de hebreis. et secreto percussum egiptium abscondit in sabulo. et egressus die alio vidit duos hebreos rixantes. et cum argueret eum qui faciebat iniuriam. respondit. Quis te constituit iudicem super nos. Num occidere me vis sicut heri occidisti egyptium. Miratus est moyses quomodo palam factum erat hoc verbum. et timuit. Porro cum audisset pharao verbum hoc et quereret occidere eum. Qui fugiens per desertum venit in terram madian. et ciborum inopiam ut ait iosephus virtute tolerancie superabat. et venit ad civitatem madyan circa mare rubrum sic nominatam a quodam filio abrahe de cethura. seditque iuxta puteum. Erant autem sacerdoti id est principi. quia antiquus sacerdos dicebatur ~~madian~~. vii. filie. qui dicebatur raguel agnomine ietro. cognominatus eneus. que venerant ut haurirent aquam gregibus suis. officium enim gregum alendorum tunc etiam erat mulierum maxime in regione trogloditarum. supervenientes vero pastores repulerunt eas.

[Margin notes:] i. infilium; De uxore moysi ethyopissa; qui ostapant; De fuga moysi et affinitate ie[tro]; madian; no; no

Barbari dicuntur grecis omnes preter iudeos grecos et latinos

Quos prohibens moyses ab iniuria uirginum.
et adaquauit greges earum. que maturius
solito redeuntes rogauit pater ne bene
ficium pegni retribucione pararet. uocatusque
moyses iurauit quod habitaret cum illo. et
accepit uxorem filiam eius sephoram.
que peperit ei gersom. quod sonat aduena. eo
quod in exilio genuerat eum. peperitque alium
quem uocauit eliezer. id est dei mei adiutorium.
deditque ei socer omnem curam gregum
suorum. in quibus omnibus antiquis barbaris
erat possessio. De uisione Rubi. xiij.

Tandem mortuus est rex egipti. et
clamauerunt filii israel ad dominum. et
recordatus est dominus federis quod
pepigerat patribus eorum. Moyses pascebat
ouium greges iethro. Cumque minasset
gregem ad interiora deserti. uenit ad
montem dei syna. qui et in quadam parte
sui dictus est oreb. et apparuit ei dominus in
flamma ignis in medio rubi. Ignis autem
uiriditatem rubi depascebat innoxius.
Erat autem mons ad pasturas egregius.
et herbis habundans. quod pastores illuc ascen
dere non presumebant. tum quia excelsus e
rat. tum quia opinio erat deum ibi habitare.
et ait moyses. uado et uidebo uisionem
hanc magnam. et uocauit eum dominus de ru
bo. et ait. Moises moyses. Qui respondit.
assum. Et ait dominus. Tolle calciamenta
tua. locus enim in quo stas. terra sancta
est. et ait. Ego sum deus abraham. deus
ysaac. et deus iacob. uidi afflictionem
populi mei in egypto. et descendi ut liberem
eum. et deducam eum in terram fluentem
lacte et melle. ad loca cananei. et hethei. a
morrei. pherezei. euei. iebusei. Nomen
autem gentis septime tacuit. scilicet gersei. et hic et
ubique tacetur. nisi in deutronomio. Sed
ueni. mittam te ad pharaonem. ut educas
populum meum de egipto. et dixit moyses
Quis ego sum. ut eam ad pharaonem. et dominus
Ecce ego ero tecum. et habebis hoc in signum
quod ego miserim te. cum eduxeris populum
de egypto. ymmolabis deo super montem
istum. quasi diceret. tunc uidebis quod ego tecum fui. et
eduxi te. hebrei tamen hic tinniunt uerbum.

Hebreus habet quia ero tecum in faciendis signis et hoc signum facies ... signum quod miserim te

quod miserim te. et ait moyses. et si dixerint
filii israel. Quis est qui misit te. Quod
est nomen eius. Cui dominus. Ego sum qui sum.
quasi quod uocor quod sum. et dices eis. Qui est
qui misit me ad uos. dices etiam deus abra
ham. deus ysaac. deus iacob. misit me
ad uos. hoc nomen michi est in eternum. Cum tres
hii testes uiuunt in eternum. Josephus dicit
dixit ei suam appellationem. quam prius homines
non audierant. nec michi fas est dicere.
Vade congrega seniores filiorum israel. et
dices eis quod apparuit tibi in rubo. et misit
te ad liberandum eum. et ingredientes tecum
ad regem egypti. et dices ad eum. deus
hebreorum uocauit nos. Ibimus uiam trium
dierum in sollitudine. ut immolemus deo nostro.
sed tamen quia non dimittet uos. nisi per ma
num ualidam. et percutiam egyptum in mira
bilibus meis. nec exibitis uacui. sed postula
bitis ab egyptiis. cancellaneis uestris. ua
sa preciosa et uestes. et spoliabitis egyp
tum. Dixerunt hebrei postulasse. ut dono da
rent. sed uerius est quod mutuo. Excusan
tur autem per preceptum dei. De signis datis moysi. xiiij.

Ait moyses. non credent michi. Cui dominus. Quid est
quod tenes in manu tua. Respondit. Virga.
Et ait. proice eam in terram. et proiecit.
et uersa est in colubrum. et expauit moyses
ita quod fugeret. et dixit dominus. apprehende
caudam eius. et cum tenuisset. uersa est in uirgam.
In hebreo enim serpentem. genus est coluber.
et ait. hoc signum facies. ut credant tibi. et ad
iecit. mitte manum tuam in sinum tuum. et mi
sit. et facta est leprosa. albida instar niuis.
et iterum ait. retrahe manum in sinum. et retra
xit. et protulit. et erat similis carni relique.
et iterum. si neque his duobus signis credent.
sume aquam fluminis. et funde super aridam terram
et uertetur in sanguinem. et ait moyses. Obsecro
domine. mitte alium. nam impeditioris lingue
factus sum. ex quo locutus es ad seruum tuum. non
etiam eloquens sum ab heri et nudius tercius.
et dominus. Quis fecit os. Quis mutum.
Quis surdum. Quis uidentem. aut cecum.
nonne ego. Age igitur. docebo te. et ero tecum.
Et ille. obsecro domine. mitte quem missurus es.

et do?. q. iratus ait. Aaron frater tuus
eloquens est. ipse egredietur in occursum tui.
gaudens. pone uerba mea in ore eius. et
ostendam uobis quid agere debeatis. uirgam
sume in qua facturus es signa. Venit ergo
moyses ad ietro et ait. Reuertar ad fratres
meos in egiptum. ut uideam si uiuant. Et
cui ietro uade in pace. moram tamen faciens
tamen dixit dominus. Vade in egiptum. Quia
mortui sunt qui querebant animam tuam. pharao
scilicet et complices eius. uel plurale posuit pro singulari
et si solus pharao querebat. De reditu moysi in egiptum
Tulit ergo moyses et dimissione uxo-
uxorem et liberos imponens super -ris
asinum profectus est. cumque esset
in diuersorio. ut comederet. occurrit ei dominus
id est angelus euaginato gladio. et uolebat
occidere moysen. scilicet quia uxorem ducebat
et filios contra uoluntatem dei. essent enim in
impedimento. uel quia puer quem ducebat quia
incircumcisus erat. alterum forte circumci-
derat. iam moyses. Non enim credendum
est hys. Qui dicunt alterum remansisse cum
ietro. cum super asinum ait liberos. tulit ilico sephora
acutissimam petram. et circumcidit preputium
eius filii sui. tetigitque pedes eius. et ait
Sponsus sanguinum tu michi es. et dimi-
sit eum postquam dixerat hoc. ut ait augustinus. locus
iste breuitate obscurus est. ubi ergo ait
tetigit pedes eius. intelligendum est sanguis
tetigit pedes pueri. uel angeli. Vnde irata
ait uiro. Es nobis uir sanguinum. In ceremonia
coniugio tuo tamen scelus teneor agere. ut fun-
dam sanguinem filii mei. et recessit ipsa
ab eo. uel angelus. hebreus ita habet. Tetigit
pedes eius. id est sephora uel moysi. Indignans
enim preputium iecit ad pedes moysi. et ait.
Gener sanguinum tu michi es. id est tu generis
patris mei non factus es ut esses michi. id est
carni mee. in filio ad sanguinem id est ad mortem.
Vel sanguis meus effusus est ad placan-
dum angelum. qui tibi mortem minabatur.
et dimisit angelus moysen. quod in hebreo
patet. tamen hebreus habet. relaxauit eum angelus.
Quem prius usque ad mortem artabat. etiam
hinc uolunt morem circumcidendi petre-
nis cultellis habuisse principium. uel quia cotis
in galgalis. tamen ubi nos hinc petram. hebreus
habet aciem. et dicit acutissimam aciem
nouaculam. Vnde et uidetur nouaculis circum-
cidunt. Fabulantur tamen quidam hebrei
usque ad dauid circumcisionem factam petris.
sed quia in deiciendo goliam ferrea lorica. et
galea cessit lapidi iacto. quasi dans ei locum.
deinceps lapis cessit ferro in circumcisione
Abiit itaque moyses De ingressu ad pharaonem
solus uirgam tenens in manu. Introiuitque aaron domino
iubente desertum synai. et occurrit moy-
si in monte. Dixitque ei moyses uerba domini.
et signa que mandauerat. Veneruntque
simul et congregauerunt seniores israhel. lo-
cutusque est aaron omnia uerba domini. et fecit signa moyses
coram eis. et crediderunt. post hec cum
senibus israel ingressi sunt ad pharaonem. et
dixerunt ad eum. hec dicit dominus deus israel. dimitte
populum meum ut sacrificet michi in deserto.
Et ille. Nescio dominum. et israel non dimittam.
et illi. Ibimus uiam trium dierum in solitudi-
nem ut sacrificemus deo nostro. In quo nec
fictas nec dupplicitas intelligenda est.
Eo enim forsitan ordine populus educeretur.
si pharao populum dimisisset. Tunc moyses
secundum iosephum commemorauit ei que ista fe-
cerat egiptiis oppressis ab ethiopibus et
labores et pericula que tulerat pro eis. et quod
pro hys condignam non accepit retributionem.
preterque que sibi contingant in synai expo-
suit. quem rex deridens seruum suum
fugitiuum uocauit. et proditione eum re-
dixit. Tunc ait rex seruus ille. multus
est populus quanto maior si dederitis ei requiem
ab operibus. et precepit ne ultra darent eis
palee. ad conficiendos lateres. que comminu-
te luto miscebant ut solidiores essent
lateres. uel potius eis lateres coquebant.
pro penuria lignorum in egipto De afflictione
Opprimebant filiorum israel. Ibant
ergo hebrei operibus nocte colligen-
do paleas et die lateres facien-
do. et idem numerus laterum exigebat ab eis.
qui et prius. flagellatique sunt magistri eorum
de filiis israel. qui preerant fratribus suis
operantibus a prefectis pharaonis. Magistrus

noctes colligendo paleas

cum opm hebrei erant / prefcti uo magistris
egipcij / ueneruntque prepositi filiorum israhel / ad
pharaonem et dixerunt. Cur inique agis contra
seruos tuos. Qui ait uacatis ocio / et ideo di
citis eamus / sacrificemus domino. Ite ergo opera
mini / palee / non dabuntur uobis. Cumque
egrederentur / occurrerunt moysi. et aaron /
et dixerunt ad eos. Videat dominus iudicium
uestrum / in nos. et iudicet / quoniam fetere nos feci
stis. i. abhominabiles / reddidistis coram
pharaone. Et ait moyses ad dominum. Cur misi
sti me / ut affligeres populum istum. Cui dominus
In manu robusta / eiciam eos. et adiecit.
Ego sum / qui apparui abraham / ysaac / et ia
cob / in deo omnipotenti. i. quia sum / deus omnipotens. et
nomen meum adonay / non indicaui eis / i.
fortitudinis et potentie / ad quas pertinet he
hy et heloy. uel non / indicaui eis / sicut tibi
Apparuit enim dominus abrahe. sed moysi locutus
est / facie ad faciem. et iterum. Inducam
uos / in terram / super quam leuaui manum
meam. i. iuraui / ut darem eam / patribus
uestris / ergo dominus quod fuerit est hic sicut ego sum
dominus. et est iuramenti species. narrauitque
moyses hec omnia filiis israhel. nec acquieuerunt
propter angustias spiritus. Continuat autem hic hystoria
principes domorum / per familias suas / sed
de tribubus tantum / s. ruben. symeon leui. ubi
autem de solo leui / dicere sufficiet. filii le
ui fuerunt gerson. caath. et merari. ex quibus
tres familie leuitarum / deriuate sunt.
gersonite. caathite. merarite / filii caath
amram et ysuar. filius ysuar / chore
filii amram / de iocabeth. aaron moyses
et maria. accepit autem aaron / uxorem
elyzabeth / filiam aminadab / sororem
naason / que peperit ei nadab. et abiu
et eleazar / et ythamar. Eleazar accepit
uxorem / de filiabus phamuel / que peperit
ei finees. Iste est moyses / et aaron /
quibus locutus est dominus / in terra egypti. hoc
addidit heldras / ut quidam dicunt. Vel
moyses de se tanquam de alio / locutus est.
Verum / locutus est dominus De mutatione uirge
ad moysen. loquere ad pharaonem / in colubrum.
omnia que loquor tibi / ne timeas eum. c. vii.
ecce / constitui te deum pharaonis / i. potentem

in ipsum. et in terra eius / facere signa ad mo
dum dei. aaron erit propheta tuus. i. pro
locutor. non tamen moyses deus. uel aaron
propheta. Ingressique sunt moyses et aaron
ad pharaonem. Moyses erat. lxxx. annorum
Et aaron. lxxxiii. quando locuti sunt ad
pharaonem. Tulit ergo aaron uirgam moy
Nota de hiis uersibus. x. plagas egipciorum posse comprehendere. Prima rubens unda. ranarum plaga secunda. Inde culex tertia. post musca nocentior istis. Quinta pecus strauit uesicas sexta creauit. Post sequitur grando post bruco dente nefando. Nona tegit solem primogenita necat ultima plebs.
sy. et iecit eam in terram / coram pharaone et uersa est in colubrum. Vocauitque pharao maleficos et fecerunt / similiter proicientes singuli uirgas suas. que /
uerse sunt in dracones / sed deuorauit uirga
aaron. uirgas eorum et scitur quod magi oc
culos spectancium deludebant. Vel secundum
Augustinum demones discurrunt per mundum et sibi
to semina rerum de quibus hic agitur / afferunt
Induratumque est cor pharaonis nec audiunt eos.

Et ait dominus ad De plaga egypti. et aque
moysen. Egredere uerse in sanguinem.
in occursum pharaonis. cum egredietur
ad aquas / et dices. In hoc scies quod dominus sum.
percuciam uirga / aquam fluminis / et uertetur
in sanguinem. pisces morientur. et affligentur.
egipcii / et factum est ita / et percussit aaron uirga
aquam fluminis / et uersa est in sanguinem / et
fuit sanguis / in omni terra egypti / in fluui
et riuis / et paludibus / forte non in omnibus sed
in hiis / que manabant de nilo / et in ua
sis domorum. tam ligneis quam saxeis / foderuntque
uniuersi puteos egypcii. per circuitum fluminis /
et inuenerunt sanguinem. feceruntque similiter
magi iannes. et manbres. et dicunt / quod
aqua allata est / de terra iessen / quam non percussit
dominus plagis. propter filios israhel. qui ha
bitabant in ea. tamen Joseph dicit / quia he
breis / erat fluuius potabilis. licet esset
mutatus / Egypciis uero non solum colore sed
etiam sapore amaro. cruorem preferebat /
Vnde potius uidetur / quod alibi quod in nilo
aqua fuit in egypto. et hec est prima plaga / qua
percussit dominus egyptum. vii. diebus de qua dicitur.

Hoc nomen perpetuitatis et sapientie ad quas pertinet

de plagis egypti et aque uerse in sanguinem.

Sed non primum signum. Primo mutatio uirge in serpentem quod fuit unum signum et non plaga. Hec autem fuit in signum et plage.

de mutatione uirgarum in colubros

Josephus quod pharao timens pro ea et hesitans hebreos abire permisit. cumque malum
esset revelatum sententiam permutavit. De ranis

Iterum locutus est dominus ad moysen. Ingredere ad pharaonem. et si nolueris
dimittere populum. dic aaron ut extendat
manum super flumina rivos et paludes.
et fecit sic. ascenderunt rane que operuerunt terram egypti. et ut dicit josephus
orte in brevi moriebantur. et putrescentibus cadaveribus fetor nimius noxius exalabat exagitans. Inmo quedam que domestice in vites domos sepe in cibis et
potibus et lectis inveniebantur. Fecerunt
autem et similiter malefici. Sunt autem
tria genera ranarum. Unum fluviale
et vocale. et aliud minimum quod calamitum
dicitur. quod si pictatus in os canis obmutescit. tercium magis venenosum quod rubeta
dicitur. et vulgo crassantum. Dixit ergo pharao.
Orate dominum. ut auferantur rane a nobis
et dimittam populum. Et clamavit moyses ad dominum. et mortue sunt rane. Videns
pharao quod data esset requies. non dimisit eos. De cinifibus.

Dixit autem dominus ad moysen dic
aaron extende virgam et percute pulverem terre. et sint
ciniphes in omni terra egypti. et factum est
ita. Sunt autem ciniphes musce adeo
subtiles ut visum nisi acute videntis
effugiant. et corpus cui insidunt acrius terebrant stimulo. Feceruntque malefici
similiter. ut educerent ciniphes et non
potuerunt. dixeruntque pharaoni. Digitus
dei est. hic id est spiritus dei. Sicut enim per dexteram filius. sic per digitum spiritus sanctus.
solet accipi. Augustinus querit quare magi defecerint et
non in primis aut secundo. et dicit hoc factum esse ad notandum quod et si philosophi habuerunt noticiam patris et filii non tamen spiritus sancti. Hec tria signa facta
sunt per manum aaron. que sequuntur. vel a
domino tantum quedam. vel per moysen. De Cynomia.

Dixit ergo dominus ad moysen mane
egredere ad aquas ad pharaonem. et
dic ei. quod si nolueris dimittere populum meum. mittam in omnem terram egypti

per hanc clausulam locutus est per hanc quod hic locutus est

omne genus muscarum. faciamque in die illa
mirabilem terram iessen. quod hebraice tranquillitatem. et factum est ita et venit musca
gravissima. in omnem terram egypti. locutus
est. id est multitudo muscarum. et expressius dicitur
est quam si pluraliter diceret. pro quo lxx. posuerunt cynomia. quod in psalmo legitur.
tunc vocavit eos pharao et ait. Ite sacrificate deo vestro. in terra hac. Qui dixerunt
non possumus. abhominationes egyptiorum
immolabimus. Si mactaverimus que colunt
egyptii coram eis lapidibus nos obruent
thaurum enim adorabant. in honore apis.
vaccam ysidi. ovem hamoni. Unde
abhominabile erat. eis occidi vel comedi hec. nisi diis suis. et ait pharao. Ite in desertum
verum ne longius abeatis orate pro me. oravit moyses. et recessit musca. et induratum est iterum cor pharaonis. preter has plagas
dicit josephus quod innumera multitudo pediculorum
egyptiis pullulavit ex interioribus ebulliens quos nec lavacris. nec medicaminibus
unguentis exterminare poterant. Multis
enim plagis quam x. famosis credibile est percussos fuisse egyptios. De morte pecorum

Tunc dixit dominus moysi. pecorum ix.
dic pharaoni. si retinueris populum
meum. ecce inducam pestem gravem. et moventur omnia animantia egypti
nec quicquam de hiis que possidet israhel
moritur. et mortua sunt animantia egypti.
que scilicet erant in domibus quia que in pascuis erant
post grandine perierunt. vel forte determinatum non est. quia sine multo temporis intervallo
forte hec facta non sunt. et potuerunt aliunde sibi habere animantia. preter hec etiam dicit
josephus quod bestiis multigeneris quarum aspectibus nullus occurrit regionem eorum dominus
implevit. quibus et ipsi confundebantur. et terra
agricolis nudabatur. et ingravatum est
cor pharaonis. et noluit dimittere populum.

Iterum dixit dominus ad moysen. De ulceribus et
et aaron. Tollite cineres de vesicis.
camino. et spargat illos moyses in celum coram
pharaone. et erunt in hominibus et iumentis
ulcera et vesice in omni terra egypti. et factum
est ita. nec poterant etiam malefici stare

Hoc est dictum quod hodie omnia plaga quod alia precessi sunt quod forte per quinquennium vel eo amplius vel minus

De ranis. j.

De cinifibus. ij.

Cynomia

quod vitium clamat

minimum

yper bolice

id est musca canina

De morte pecorum

confundebantur

vel

invadentur

De ulceribus vesicis

coram pharaone / p[ro]pt[er] ulcera / que erant in
eis / ex interiori corruptione uenientia.
Dixit quoque dominus ad · De grandine
moysen. dic pharaoni. hec dicit dominus. Id
circo posui te / ut ostendam in te
fortitudinem meam. et narretur nomen meum in omni
terra. En pluam hac ipsa hora, cras gran
dinem. qualis non fuit in egypto usque in diem
hanc. non etiam in partibus hyperboreis. Con
grega que habes in agro. homines. n.
et iumenta. Foris inuenta mouentur gran
dine. Qui timuit de seruis pharaonis dominum
confugere fecit suos et iumenta in do
mos. extenditque moyses uirgam in celum
et dedit dominus tonitrua grandinem et fulgura
et ignis mixta pariter ferebantur. et percussit
grando cuncta que fuerant in agris. et
herbam et lignum regionis confregit. ordeum
um lesum est. quia iam uirens erat. et
linum / quia iam folliculos germinarat. tri
ticum uero et far / quod est genus grani / frumen
to grossius non sunt lesa. quia serotina sunt /
nec adhuc uirentia. que in spicam non dum prodi
erant / tamen in terra iessen / grando non cecidit /
et uocauit eos pharao, et ait, peccaui etiam
nunc. et ait. orate dominum. protendit ma
nus ad dominum. et cessauit tempestas. nec
etiam stillauit pluuia super terram. et
ingrauatum est cor pharaonis. De locustis
Dixit quoque dominus ad moy · x ·
sen. Ingredere ad pharaonem et
faciam signa que narres filiis
tuis. et nepotibus. ut sciatis quia ego dominus
et ingressi dixerunt regi. hec dicit dominus. Ec
ce ego inducam cras locustas in fines
tuos. ut comedant quod residuum est grandi
ni. Dixeruntque pharaonis serui egresso
moyse. usque quo patimur hoc scandalum. dimit
te populum. quia perit egyptus et reuocatis
illis dixit pharao. Qui nam sunt qui ituri sunt
ad sacrificandum. Et ait moyses. Viri. mu
lieres. senes et paruuli cum omnibus et armen
tis. Et respondit cui dubium est quod pessime co
gitetis. non fiet ita. sed ite uiri tantum. hoc enim et
petistis. et eiecti sunt a conspectu eius. et
extendit moyses manum super terram egypti
et induxit dominus austrum die illa et nocte.

Qui leuauit locustas. et sederunt innu
merabiles in cunctis finibus egypti. et deuo
rauerunt omnes uirentes in lignis et herbis. Dicitur autem
locusta. quasi longa hasta. quia longiora retro
habet crura. festinusque pharao uocauit eos. et
ait. peccaui in deum uestrum et in uos. orate
pro tollenda hac peste. etiam in hac uice. et egres
sus moyses orauit dominum. et flauit uentus
ab occidente. et proiecit locustam in mare
rubrum. et induratum est cor pharaonis. nec
dimisit israhel. De tenebris ·
Extenditque moyses manum in celum
et facte sunt tenebre palpabiles.
ut nec uidere nec moueri localiter
possent egyptii. multi etiam mirabiliter compul
si sunt mori. ubicumque autem erat israhel lux
erat. et uocauit eos pharao. et ait. Ite uiri
uersi. oues tantum et armenta remaneant.
Et ait moyses. nec remanebit ex eis ungula.
presertim cum adhuc ignoremus quid debeat immo
lari. et ait pharao. caue ne ultra uideas fa
ciem meam et moriaris. De duobus E
Habuit ergo moy gyptiacis ·
ses ad fratres suos. et ait. dominus adeum
adhuc plaga una tangetur pharaonem
et dimittet uos. Nota quod plures fuerunt
plage in egypto quam · x · quas numerat
exodus sed non fuerunt forte adeo graues
et ideo tacentur. Vnde et quidam dies egyp
tiaci dicuntur. quia in hiis passa est egyptus quorum
duos singulis tamen mensibus uel reuolucio
nibus notamus ad memoriam. cum forte plures
fuerint. nec est credendum quod egyptii licet
astrorum periti deprehenderint dies hos ne
fastos inchoatione operis / uel itineris / uel
municionis.
Tradunt etiam quod quidam egyptiorum time
tes egypti perituram egressi sunt ut cycrops
Qui ingressus greciam urbem condidit
quam uocauit atthe. que postea dicta est athe
ne. Quem quidam grecorum dyfias. Quidam
cecrops dixerunt. Quia deus est diffres /
et est nomen egyptium quod latine dicitur quasi di. hom / uel
bicorporeus uel propter proceritatem stature. Vel propter
mirum in mensitate / uel propter peritiam utriusque lingue
scilicet grece et egyptiace. Sub quo primo
in arce nata est oliua. Creditur dea eadem

de grandine
.i. septentrionalibus
de morte pecorum
q dimitte uos egressa sed moyses ex urbe
de locustis
ypt
hyperbolica locutio est. magis enim tenebre per palpari quam magis tu [illegible] sit tenebrarum
tangam
de diebus egypciacis
phandos
cecropem

tempestate / egressus dyonisii bachus / q̃
et agros excoluit et usum uinee grecis dedit
Hoc etiam diluuium in thessalia factum sub deucali
one. et incendium sub phetonte circa tempora moysi
et sub eo hercules uicit anteum. Erittonius filius
uulcani currum et tilus pater qui dardanum genuit
fuisse fiunt. Egyptus qui prius meftraym post dicta ab
egypto rege sub merso egypto dicta est. lacede
mon filius semeles. lacedemoniam condidit.
xanci triopas lesbos. epydaurus condita est / et
chorint / que prius ephyra. ytis / sed quosdam
ex teleone / epaphus genuit / qui memphim condidit
cum in sedam egypto regeret Sane determinans
dominus plagam que restabat ait. Ingrediar
egyptum et mouetur omne primogenitum. a primogenito
pharaonis / usque ad primogenitum ancille que est
ad molam. etiam primogenita pecorum. Apud uos
non mutiet canis / et petetis uasa preciosa
ab egyptiis et dabunt uobis De agno paschali. et

De die celebrationis XI

Tercio dixit dominus ad moysen. Mensis
sis iste erit uobis principium mensium anni. Hic est aprilis
i. lunatio aprilis que in marcio sepe inchoat.
Hic dicitur ab hebreis nisan / apud egyptios par. mutin
apud macedones xanticus. Voluit quippe dominus
iudeos a ceteris nacionibus differre / sicut reli
gione et caractere circumcisionis / ita et compu
tatione. Romani enim ex dicione nunc populi
primus ponunt ianuarium quia tunc incipit sol ascen
dere post solsticium estiuale et generaliter ab hebre
is uidetur fieri in marcio. in quo et mundus conditus
legitur. In aprili ergo cerimoniali differunt a
nobis. in temporali conueniunt ut nobiscum. et adiecit
dominus. decima die mensis huius tollet quisque per domos
agnum. uel si non poterit agnum saltem hedum.
Quod si non sufficiet numerus domus ad esum agni
assumet domum sue de domo uicina iuxta
numerum animarum que sufficiat ad esum agni et erit masculus
anniculus. i. unius anni sine macula non quidem
uellus. sed corporis

Post decimam lunam innuit
quod agnum qui tollebatur sigrega
bat a decima. Sic enim dicitur luna
quarta die creata quarta decima. i.
pansilenos quia fuerit prima die mundi
undecima et ante mundus decima.
Faciunt quidam .x. capitula etiam in
esum unius agni.

quod in leuitico de
terminatur. Si tertium
fuit et cetera. si factum
tum et cetera. et sumpto
de grege ser
uabitis in do
mo / usque ad quar
tam decimam diem

quare assum et combustum dicitur comedendum ideo
scilicet ut ascenderet fumus super domos / et esset
signum angelo percussori

filiorum israel

et immolabit eum omnis multitudo filiorum israel quisque domus
scilicet suum ad uesperam. et tingetis eum / uasculo
ysopi / utrumque postem / et super liminare
sanguine. edentes carnes illas nocte illa
assas igni / nec coctum quid de eo aqua. aut
crudum. i. semicoctum ex festinacione. et a
zimos panes cum lactucis agrestibus /
quarum amaritudo amaritudinem seruitu
tis memoraret in sempiternum. Caput eius
cum intestinis uorabitis et pedibus. Si quid re
siduum fuerit igne comburetis. quia ut ait ioseph
cremari sursum fumi sonat / et eleuatio ignis /
eleuacio non abeis pestis / que uastauit
egyptios. significat. non comedet incircumcisus ex eo
dem. etiam comedendi ait. renes uestros ac
cingetis calciamenta habebitis in pedibus
tenentes baculos in manibus / os non fran
getis. nec de carnibus foras mittetis. et co
meditis festinanter. Est enim pascha. i. tran
situs domini. Dicta est autem nox illa transitus
quia in ea transiit angelus per egyptum percuciens
primogenita. percuciens ab homine usque ad pecus et
transiuit / super tecta hebreorum / signata sanguine
et aggressus est israel ut ab egypto transeundo
Itera ait dominus. Diem hunc habebitis sollempnem
et in monimentum in generacionibus uestris
cultu sempiterno. vii. diebus azima come
detis. prima dies erit sancta et uenerabilis
similiter et. vii. nichil operis facietis in eis / ex
ceptis hiis que ad uescendum pertinent. pre
cepit medijs diebus poterant operari / etiam ex
hoc patet quod sabbatum erat eis sollempnius
quouis festo. quantum adtinet in quo nec ad
uescendum licet operari. Inde potuit esse
quod mulieres in primo die sollempni pasche
potuerunt parare unguenta ad unguendum
dominum quod sabbato non licuisset. In ezechiele
festum in prima die aprilis. et in vii legitur quod
non habetur. et egressi filii israhel. fecerunt / sicut
preceperat dominus moysi et aaron. et congregati sunt
xiiii. luna in finibus egypti circa ramesse
tum ioseph dicit eos congregatos .x. luna. et iux
ta ea stasse xiiii. De morte primogenitorum xii

Factum est autem noctis medio / per
cussit dominus omne primogenitum egypti. non
erat domus in qua non iaceret mortuus.
quod non forte ita peccante non fuisse domum

Quia pauerat primogenita egypti in sibacie cor
et quod solos et masculos pharao uoluit sibi uolunt
solos offerri masculos dicitur quod non percussit nisi
solos masculos

phase non
phasio ut ce
tus que e
agni habeat
non cessit so
facere me a
in uincta
uos ...
dimisit

Redimebantur enim primogeniti aut oue aut capra aut turturibus. unde beata Maria pro Christo (?) frenulatem columbe redemit filium
Exod. De aliis immundis legitur in numeris quod redimebantur v siclis

absque primogenito. compulsusque Pharao dixit Moysi per nuncios ut egrederentur cum omnibus suis. immo et Egyptii urgebant eos exire. tulit ergo populus farinam conspersam super humeros ligatam in palliis. et petierunt ab Egyptiis uasa uestesque plurima et spoliauerunt Egyptios ex precepto domini. tamen pro mercede laboris quo fraudati erant. tum ut inde fieret tabernaculum. et erant quasi sexcenta milia uirorum peditum absque paruulis et uulgo famulantium eis innumerabili. et duxerunt secum diuersi generis animantia multa nimis. de exitu Israel de Egipto.

Factum est autem quod Nilus preter solitum adhuc inundabat terram usque sepulchrum Joseph. et tenebantur autem ex iuramento asportare ossa eius. tunc Moyses scripsit in lamina aurea nomen domini tetragramaton que super posita aque supernatauit usque dum ueniens stetit super ubi erat sepulchrum et effodientes sustulerunt ossa. que oblata leguntur eis per Pharaonem forte pro difficultate itineris. tamen Hebrei tradunt quod ouis ex impulso afflatu iuxta eos que locuta est ad eos. ostendam quam duxerunt secum per desertum et dixerunt ouem Joseph. de qua ibi quod deduxerat eos uel dicitur ouis Joseph. et in ingressu eorum facto terre motu multa templa Egyptiorum cum ydolis suis corruerunt. habitatio autem filiorum Israhel in Egypto fuit .cccc.orum xxx. annorum. sed nomine Egypti intelligitur omnis incolatus eorum. qui incepit a promissione Abrahe facta in Ur Mesopotamie. a qua usque ad legem datam tot anni fluxerunt. Solis enim .cxl. iiii annis fuit Israel in Egypto post mortem Joseph. quibus expletis eadem die egressa est omnis milicia domini de terra Egypti. quod etiam mirabile a deo factum est. uel forte eadem die qua exiuit Abraham ad pugnandum. et nota quod ii dicit quod die egressi sunt et infra.

Et in benedictione terre dicuntur nocte educti.

Mementote diei huius in qua egressi estis de Egypto. prima die scilicet azimorum etiam supra legitur dictum eis. nullus egrediatur hostium domus sue usque mane. et statim legitur hic. Nox est ista obseruabilis domino quando eduxit eos de terra Egypti. forte intelligitur est nocte eductos. id est ad mane egrediendos ab Egypto. cuius nocte compulsos. profectique de Ramasse in Sochoth nec sunt secuti eos Egyptii sepelientes mortuos suos. Multi etiam Egyptiorum flebant penitentes quod eis fuerant tam (duces et) crudeles. coxeruntque farinam quam tulerant de Egypto fecerunt subcinericios panes azimos ex modico tamen tempore coagulatos. hiisque usi sunt .xxx. diebus non enim ultra sufficerunt que tulerant de Egypto. licet sub necessitate custodirentur. nec eis ad satietatem uescerentur. De sanctificatione primogenitorum. xiiii

Dixitque iterum dominus ad Moysen. Sanctifica michi omne primogenitum masculinum quod aperit uuluam tam de hominibus quam de iumentis. quia percusserat primogenita Egypti in liberatione eorum. et quia solos masculos Pharao sibi offerri uoluit dici potest non percussos nisi masculos uel forte quia primogenita eorum a percussore angelo liberauerat. et hii modo sua erant. uoluitque ut deinceps omnia sua essent. uel quia ex omni fructu primo honorandus est deus. Primogeniti ergo de filiis Leui offerebantur. et seruiebant iugiter domino. primogeniti aliorum offerebantur. aut v. siclis redimebantur. primogenita pecorum apta ad immolandum oblata erant sacerdotum. inmundorum uero non oblata quedam redimebantur ut primogenitum asini mutabatur oue que pro eo offerebatur. Quedam nec etiam redempta occidebantur ut primogenitus canis. et ait iterum. Cum introduxerit te dominus in terram promissam cananeis hic filiis tuis seruanda ritu sempiterno. Eritque hic quasi insignium in manu tua et quasi appensum quid ob recordationem ante oculos tuos. ut scilicet hic liberationis memoria non aliter ueniret in obliuionem quam que manu geruntur. uel ante oculos apponuntur. quod Pharisei ad literam obseruantes in cartis hic scribebant. et decalogum simul et eas sinistris circumligabant brachiis et inter oculos appendebant. quas dominus in euangelio phylacteria uocat a philaxe. et torath. De deserto Egipti. xiiii

Igitur cum emisisset Pharao populum non eduxit eos Moyses per Palestinam continuam propter antiquam Egyptiorum molestiam. et antiquum odium patrum ne insurgerent Phylistei ad

Josephus quod tulerunt ossa Joseph in Sychem et ibi adhuc apparet uestigia sepulture xii patriarcharum in collibus quod omnes predicti xii detulerunt ossa et sepelierunt cum ossibus Joseph quamuis hoc taceat hystoria.

usus eos. sed circumduxit eos per desertum. quod est iuxta mare rubrum. tum pro mandato domini inventis. ut ducerent populum ad montem Syna ad immolandum sibi. tum si penitentes egyptii vellent eos persequi, et grauem molestiam itineris sustinerent. armatique ascenderunt filii israhel de terra egypti. id est muniti. scilicet supellectili muniti. tamen alia translacio habet quinta progenie ascenderunt filii israhel. quod sic intelligitur. quinta fuit a iacob. vel per tribum iude. a phares usque ad salmon .v. fuerunt generationes. hebreus habet .v. ascenderunt filii israhel profectique de socoth venerunt in etam. ciuitas tunc erat desertica in capite solitudinis. que a iosepho ierusalem dicitur. ubi et babilonem postea dicitur cum cambises egyptum uastaret.

De educatione cum in columpna et mari rubro.

Dominus autem ut dux esset itineris precedebat eos per diem in columpna nubis contra feruorem solis. et per noctem in columpna ignis contra tenebras. et ut esset sibi a serpentibus prouiderent. precepitque dominus ut reuersi aliquantulum uersus egyptum castra metarentur in regione phiarioth que est inter magdalum et mare contra beelsephon. Est autem magdalum ciuitas in confinio egypti. ad quam iudei tempore ieremie interfecto godolia post confugerunt et posuerunt castra super mare rubrum. maris aqua rubea non est. sed omnis terra circumstans rubea est. ex qua uitiatur gurges et inficitur. unde nimium acutissimum est. excipitur. quicquid est circa a desertum in fluctibus est in hunc colorem eadem obliquitate gemine rubre inueniuntur que humo involute et inter harenas atre terre colorem habent et maris. hoc mare in duos sinus diuiditur. quorum qui ab oriente est persicus appellatur quia per se horam eius inhabitant. alter arabicus dicitur ubi tamen nos diximus rubrum hebreus dicit cannosum quia canne in litore habundant. Sane ibi coartate sunt filii israel. ex una parte erant montes asperrimi et ineabiles. ex altera parte mare.

De transitu maris Rubri.

Et mutatum est cor pharaonis. tulitque trecentos currus electos et trecentos ab egyptiis et insecutus est eos. Equites quoque duxit .l. milia. et cc. milia peditum armatorum. leuantesque hebrei oculos egyptios post se uiderunt et timuerunt ualde. neque enim fuge facultatem habebant. nec pugnare poterant. quia inermes erant. nec ibi morari poterant propter ciborum penuriam. cumque plurimum arguerent moysen. dixit eis nolite timere. hoc fecit dominus ut hodie uideatis magnalia eius. ipse pugnabit pro nobis et uos tacebitis. egyptios quos uidetis nunc non uidebitis in sempiternum. In hebreo planius est non uidebitis ut nunc uidetis uiuos. sed et orauit moyses ad dominum. Qui dixit ei. Quid clamas ad me. Eleua uirgam et extende manum tuam super mare et diuide illud. ut ingrediantur filii israhel per siccum. tollensque se angelus qui precedebat eos. stetit post tergum inter egyptios et israel. et erat nubes tenebrosa egyptiis lucida hebreisque. cumque extendisset moyses manum. flauit uentus vehemens et vertit aquas in siccum. et diuisum est mare in .xii. diuisiones ut quelibet tribus per terminas suas incederet. et ad vocans moyses singulas tribus secundum ordinem natiuitatis sue hortabatur eos. ut ipsum precuntem sequerentur. cumque timuissent intrare. Ruben. Symeon et leui. iudas post aggressus est iter post eum. Unde et ibi meruit regnum. profecti sunt ergo per medium maris et erat aqua quasi murus a dextra eorum et leua. quod uidentes egyptii uesanos iudicabant eos. sed cum uiderent illesos abire ingressi sunt post eos. Iamque uenerat uigilia matutina. respexit dominus super egyptios per columpnam nubis et ignis. id est intollerabiles imbres et graues tonitruorum coruscationesque lampades iniecit super eos. Unde territi dixerunt fugiamus israhelem. dominus enim pugnat pro eis. filii israel sed iosephus ad oppositam venerunt terram. hebrei uero tradunt quod cum uenissent ad extremum montis porrecti in mare per longum maris uiam eos obliquasse. et circueundo montem ad idem litus egypti redisse dicunt. quod probant sic. natura maris est ut quod perit in eo ad primum litus perferat. Cum ergo mane iacerent egyptii mortui in litore per quod idem erat litus. ex altera montis parte. Non enim in spacio noctis fere equinoctialis. nec hy. nec alii etiam

nota Moyses cum viris precinebat et maria cum mulieribus respondebat ... quidam dicunt ut ... in choro alternatim dicerent. Exod. ... ubi spaciosum est

ad medium maris transcurrissent. Cumque sic starent egyptii domino iubente extendit manum suam moyses super mare. et reverse sunt aque ad priorem locum. et operuerunt egyptios nec unus quidem superfuit ex eis; et tulit israel arma mortuorum. Moysesque canticum domino composuit. exametro carmine. Cantemus domino et cetera. Quod quia prius ceteris legitur canticum dicitur canticorum. nec hoc discredendum esse dicit Josephus cum alexandro macedoni. et exercitui eius datum in sequentem mare pamphilicum divisum fuisse lege deo volente. Per quem regnum persarum delere volebat. Moratus est autem israhel iuxta litus maris vii diebus. et cum tympanis. et instrumentis musicis. et singulis diebus veniebant adhuc et cantabant domino canticum moysi. viri seorsum. et mulieres seorsum in tuitus rei memoriam. vii paschalibus diebus cantando redeunt ad fontes. Et terminatur hic Josephi liber secundus.

De dulcoratione aque. xvi

Post egressi sunt inde in desertum sur. quod hebreus habet. in desertum etham. divisum. Quod per ante mare fuerunt in deserto etham. post mare in deserto sur. post eum in deserto syn. ambulaveruntque tribus diebus per solitudinem. nec invenerunt aquam. donec venerunt in marath. ubi aquas inventas pre amaritudine non poterant bibere. Unde et locum illum dixerunt marath. ab hac amaritudine. vel amaritudine animi; animo enim eum est qui sitit si non invenit potum. quam si inventum gustare non possit; Deus autem ostendit moysi lignum quod cum misisset in aquas dulcorate sunt; Forte lignum erat huius efficacie. forte miraculose factum est, ut in solitudine ubi non erat lignum venirent. hebreus dicit. hoc erat lignum natura amarissimum. et est. et ut mirabilior innotesceret vis divina. amaro additum amaro dulcedinem operatum est. Josephus dicit velle quod aque vitium habebant quia mote sunt ... et vicium ceperunt moveant. Dicit enim fuisse puteum modicum. Sumens autem moyses virgam quam habebat in puteum scidit eam per medium in longitudine in scissionem faciens. et iecit in puteum. et precepit fortibus ut haurirent aquam et plurimam post effunderet ut ultima que remaneret frequentibus effusionibus exercitata et purgata fieret potabilis. Tunc etiam dedit eis iudicia non dicit tamen que sed datur se promisit. si obedire sibi vellent.

De fontibus et palmis helym

Post hec venerunt in helym ubi erant xii fontes. et lxx palme. Et dicit Josephus quod modica aqua erat in fontibus ut si quis circa modicum manibus sumeret. cenosum esset. et inutile. ipse etiam palme non multum eminebant arida quia non sufficiebat humor ad glutinationem humorum. Deinde venerunt in desertum syn. quod est inter helym et synay. ubi plures fecerunt mansiones que in numeris exponuntur.

De coturnicibus et manna xvii

Quintodecimo die mensis secundi tricesimo scilicet ab exitu eorum de egypto quinta scilicet post pascha celebratum defecerunt eis victualia que tulerant de egypto et dixerunt. Utinam mortui essemus in egypto quando sedebamus super ollas carnium et comedebamus panem in saturitate. Cumque oraret moyses ad dominum dixit ad eos. Audivit dominus murmurationes vestras. Dedit eum. et dabit vobis vespere carnes et mane panes in saturitate. Factum est vespere et ascendens coturnix de sinu arabico ubi precipue nutritur. texit medium maris operuit castra. et ad libitum ipsi capiebant. Est autem avis regia quam Josephus ortigiam vocat. grece ortigometra. nos vulgo regulum dicimus accurrendo; mane vero cum oraret moyses descendens illinitus est manibus eius quod prius imbrem suspicatus est; et cum gustasset sensit mellis dulcedinem. et panem promissum datum intellexit et clamavit eos per circuitum castrorum. et erat granum minutum quasi semen coriandri album in modum pruine. et quasi pilo tonsum. Quod videntes filii israel dixerunt man hu. id est quid est hoc. Unde et deinceps manna dictum est. quod quidam indeclinabile putant. alii in pluralis alii indeclinabile neutra ponunt. sicut et pasche. vel paschatis. Et ait moyses. hic est panis datus vobis a domino. Colligite unusquisque gomor per singula capita. et collegerunt alii plus alii minus. mensi sunt ad mensuram gomor. nec qui plus collegerat amplius habuit. nec qui minus paraverat repperit minus. Forte enim calculus

ob recordationem originalis et aliorum peccatorum que per baptismum delentur

Autenticus. [illegible] liber autenticus [illegible] sepe [illegible] in decretis [illegible] [illegible] sapiebat [illegible] non est multum autenticum id est non [illegible] auctoribus biblie [illegible]

in judicium fecerit [illegible] filii israel alia [illegible]

collecta ponebant et ~~tredebat~~ reddebant singulis go
mor quod Iosephus assarium vocat. et est decima
pars ephy. vel forte quantumcumque quis colli
geret. veniens ad propria non inveniebat nisi
gomor. Quod ab aliis comedebat. Collige
bat autem mane. quia cum incalesceret sol. lique
fiebat quod miraculosum erat cum ad ignem
durum fiebat. terebant autem illud in pulverem
et conglutinantes in panes formabant. cuius
sapor erat dulcissimus. propter quod dictum est. Si
milem cum melle et alibi. Sapor panis oleati.
Quod vero dicitur quod sapiebat unicuique in ore de
siderabat non est multum autenticum. dicit Iosephus
quod etiam hactenus rigat locum ille siccus
imbribus. Dixitque moyses ad populum. Nullus re
linquat ex eo in mane. tamen quidam ex eo reser
vabant. et scaturiebat vermibus et computruit.
precepitque moyses ut die vi. colligerent
cibos duplices quia sabbato non veniebat in
agro. tamen servatum in die sabbati non corrumpe
batur. quidam tamen putant. nec etiam vi. die col
legisse. quemquam nisi unum gomor. sed illud per mira
culum multiplicabatur. ut duobus sufficeret diebus
hi inde colligentes quia infra legitur. Ipse tribuit
vobis do die vi. cibos duplices. dixitque dominus
ad moysen. Imple gomor ex eo ut custodiatur
in futuras vestras generationes. id est in tempus futurum
ad memoriam sui vestrique. et fecit moy.
ut iussum fuerat. et posuit illud aaron in urna au
rea. in tabernaculo reservandum. aiunt hebrei
eos prius habuisse parvum tabernaculum in quo dominum
consulebant. de quo infra moyses tollens ta
bernaculum tetendit extra procul castra. vel per pro
lempsim dictum de futuro tabernaculo dictum est. hic cibo
aliti sunt filii israel xl annis usque quo tan
gerent fines terre chanaan. Aqua data in
Igitur profecta est omnis multitudo raphydim.
de deserto syn per mansiones suas iuxta sermo
nem domini et venit in raphadim. non quod verbo
distingueret eis dominus mansiones. sed in dicto
nubis stantis vel precedentis semper sequebantur.
ea stante castra metabantur sibi omnino
eis defuit aqua et murmuraverunt contra moysen.
Qui ait ad dominum. Quid faciam populo huic. Ad
huc pusillum et lapidabit me. et dominus ad eum.
Sume de senioribus israel. Et vade ad petram
oreb. et percuties eam virga. pars est montis
oreb

syna. sic dicta. alia est et alia petra oreb
dicta sic pars oreb qui decisus est in ea. Factumque
est ita. egresse sunt aque et bibit populus.
et vocavit moyses nomen loci temptatio quia
temptaverunt dominum dicentes. Est ne dominus in nobis
an non. Hec postea fuerunt aque contradictionis in cades barne.
Egressus est autem De pugna contra
amalech ut pugnaret amalech.
ad versus israel in raphadym. Scilicet
ait. amalech fuit filius ysmahelis. a quo
amalechite qui et ysmahelite. ipsi sunt sar
raceni. hos dicit Iosephus pugnasse inhabitantes ga
both et petram. et a circumstantibus conductos
ad bellum adversus hebreos. contra legitur in
Genesi quod elyphat progenitus esau. genuit
de concubina amalech. unde supra regum ubi
filius doech ydumei nuncians david mor
tem saul. ait amalechites sum. forte fuerunt
equivoci. et ex his duobus populus. Elegit autem moy
ses Iosue de tribu effraym viros bellicosos. addi
mendum contra hostes. et paucos tradidit
armatos. plurimos ad custodiam castrorum re
tinuit. ipse enim ascendit in montem. habens virgam
dei in manu. ascenderuntque cum eo aaron
et hur marie. tamen secundum paralipemenon fuit
filius caleph et marie. avus beseleel. cumque
elevasset moyses manus ad dominum vincebat israel.
Sin autem paululum remisisset vincebat a
malech. Quo comperto aaron et hur suppo
suerunt ei lapidem. ex utraque parte manus
eius sustentabant. Erant enim graves pre la
bore orandi. et hoc rei figuram Christi orantis
in cruce. nec remisit moyses manus usque ad solis
occasum. fugavitque Iosue amalech in ore
gladii. et ait dominus moysi. Scribe hoc in libro
ob monimentum. ad Iosue. delebo memoriam
amalech de sub celo. quod in diebus saul impletum
est. Et edificavit moyses altare. et vocavit
illud dominus exultatio mea. De divisione magistratuum.
Egressus est autem ad consilium ietro.
ietro. cognatus moysi in deserto.
tulitque secum sephoram et duos
filios eius. cumque intrasset tabernaculum
moysi. narravit ei singula que pro eis fecerat
dominus et universum laborem itineris sui. et gra
tulans illi ietro ait. benedictus dominus qui eripuit
populum suum de terra egypti. nunc agnovi quia magnus est

est deus super omnes deos. Obtulit ergo Ietro hostias domino, et comederunt cum eo Moyses et Aaron et seniores Israel coram domino. Augustinus: Tamen non vult gentilem immolasse domino, sed Moysen. Sed aliam translationem, que est: Sumpsit Ietro hostias de immolatis a Moyse, sumpsit ab eo et comedit. Forte tunc sacrificavit Moyses iuxta montem, sicut preceperat deus. Dicit enim Iosephus Ietro venisse iuxta montem, ubi in rubo Moyses multas viderat visiones. Altera die sedit Moyses ut iudicaret populum, qui assistebant ei a mane usque ad vesperam. Quod attendens Ietro ait: Stulto labore consumeris, ultra vires tuas est negotium. Sed audi verba mea, et erit deus tecum. Esto populo in hiis que sunt ad deum, et cerimonias et viam moribus vel itineris ostendas eis, ad decisiones vero causarum elige viros potentes, timentes deum, amantes veritatem, detestantes avaritiam. Et nota quod in hiis iiii^or^ que dicit consideranda in eligendo iudices, potentia posuit primo, que quidam plurimum valet, si tria sequuntur; alioquin addit oleum camino et gladium veneno. Tamen alia translatio habet sapientes, quos forsitan potentes vocat ad iudicandum. Et addidit: Constitue ex electis quosdam tribunos, id est, cuique tribui unde prepone. Quia a tribu tribunus dicitur hebraice, grece philarchus, latine millenarius, non quod in tribu tantum essent mille, sed certum numerum posuit pro incerto, vel pro multitudine copiosa numerum posuit supremum. Forte quia iam principes habebant, quia tribus suum sub principe voluit esse millenarios, qui tantum preessent mille. Sub millenariis autem monuit constitui x. ecaton tharcos, id est centenarios, vel centuriones. Sub centurione duos pentacontharcos, id est quinquagenarios. Sub quinquagenario quinque decanos. Orta autem lite inter x. stabant ad iudicium decani, cui facile erat lites paucorum diffinire. Si autem non poterat diffinire, ascendebat ad quinquagenarium, et sic usque ad Moysen. Quod tamen rarum erat. Maiora tamen Moysi reservabant, ipsi minora iudicantes. In hunc modum habet ecclesia romana plurimos, in parte sollicitudinis

vocatos: primates, archiepiscopos, episcopos, archidyacones, archipresbiteros, etiam minores sacerdotes, qui leviora peccata et quedam gravia sed occulta iudicant, gravia vero et aperta referunt ad episcopum. Acquievit Moyses, nec erubuit vir deo plenus consilium gentilis admisisse, cognatum suum hebreus vir preponit socium. Et reversus est Ietro in terram suam. **De perventu ad montem Synai. xix.**

Mense igitur tertio egressionis de Egypto, in uno die hac, scilicet iii. kalendis Iunii, venerunt ad montem Synai, fixeruntque tentoria e regione montis, quadragesima vii. die scilicet a phase, in exponendo non septem, sed xxx. dies pro mense ponimus, quia mediam inter lunares et solares menses eligendo, quia lunares infra tricenarium inveniuntur quidam, ultra vero non. Solares vero plures hunc numerum excedunt. A phase quidam xvi. restabant dies primi mensis, fluxerunt preterea xxx. secundi mensis. Restat ergo quod post dies Iunii quadragesima vii. fuit. Sequenti die diluculo ascendit Moyses in montem ad deum. Cui dixit: Hec dices domui Iacob: Vidistis que fecerim vobis. Nunc addiciam ut etiam loquar vobis. Si ergo custodieritis pactum meum, eritis in peculium de cunctis populis. Quod cum retulisset Moyses populo, responderunt: Cuncta que locutus est deus faciemus. Cumque reddidisset ad deum, ait ei deus: Veniam ad te in caligine ut audiat me populus loquentem ad te. Vade, sanctifica populum hodie et cras, id est lavent se, et vestimenta sua, vacent ab amplexibus, et sint parati in diem tercium. Et constitues terminos per circuitum montis. Quos qui transierit tunc, et tetigerit montem, morte morietur. Et manus non tanget eum, sed lapidabitur aut iaculis confodietur, sive iumentum sive homo. Utebantur autem, ut ait Iosephus, in hiis duobus diebus diviciis epulentis et ornamentis decentioribus. **De datione regis [?] dccem[?].**

Iam advenerat dies tercius, et ante solis ortum ceperunt audiri tonitrua, ac micare fulmina, et nubes densa operuit montem, et clamor buccine perstrepebat, et fumabat mons, quia deus descenderat super eum, et fumus ferebatur quasi de fornace, et mons

vel primarchas

Domui

Nota: Augustinus dicit eos xlvii die, scilicet pridie kalendas Iunii venisse ad montem et numerato phase et ita purificatos die pridie et [?] die iii die ascensi, scilicet xl. a phase, data est lex. Ieronimus vero dicit iii kalendas Iunii venisse ad montem ut hic dicitur et secundo die et iii purificatum populum, quinto vero, scilicet a phase quinquagesimo, datam legem.

De perventu ad montem Synai.

De datione legis decalogi.

fulgura

Vnde adhuc in synagogis ~~trementes~~ legentes tremunt capite et corde.

tremuit ut aiunt hebrei. et timuit populus
sed et moysen ira dei percussum putabant.
Tandem levi apparuit moyses. et serenus
aer cum eo. reversus est inter eos.
et ait eis. hodie non audietis moysen fratrem
lui amram et iocabeth. sed illum qui
pro vobis percussit egyptum. qui per mare iter
dedit. qui cibum de celo. potum de petra concessit.
per quem adam destructibus terre co
meditur. noe ex imbribus ereptus est. abra
ham chananeam obtinuit. ysaac na
tus est de senibus. iacob prole ioseph sub
limatus. Fiant ergo verba hec vobis
amabiliora quam filii vel uxores. et edu
xit populum in occursum domini ad radicem
montis. ascenderunt autem domino iubente
te. moyses et aaron ultra terminos. sacerdo
tes id est maiores et populus non transierunt. locu
tusque est eis dominus dicens. ita ut vox nullum
effugeret. et sic quinquagesimo die datur
eis legem. verbo tantum figura. quia datur
erat spiritus sanctus die quinquagesimo Exodi xx.

Non habebis deos **planatio decalogi** alienos coram me. et cetera. quod non
nisi x. precepta dederit omnes sancti
asserunt. sed in distinctione eorum diffe
runt. primum enim et secundum unum. sed augustinus dividitur
in duo origenes. et duo ultima. sed augustinus
colligitur in unum. cui consentit iosephus. preterea
dicit augustinus tria fuisse in una tabula. et
vii in alia. iosephus quinque. et hebrei v.
in utraque tabula. forte quia augustinus tria vo
luit pertinere ad dilectionem dei. et vii
ad dilectionem proximi. pro dignitate potius
quam pro scriptura dixit ea esse prime et secunde
tabule. sicut dicere consuevimus homines
prime classis et secunde. Quocumque vero modo
distinguantur idem est sensus. Non habebis
deos alienos coram me. id est me solum habe
bis deum. et ponitur non habebis pro non
habeas imperative. sed ydyoma hebreum.
Non enim asserit. eum quia fiunt. non
facias tibi sculptile. vel ydolum. alia
littera quod nichil est in mundo. id est nulli
rei naturalis representaneum. ut fic
bat hamon capite arietino. anubis id est
canino capite. neque omnem similitudinem
que est in celo. vel in terra. vel in aquis
vel sub terra. quasi non facias tibi pro deo simu
lachrum. solis et lune. et huiusmodi neque ho
minis. aut huiusmodi. neque draconis
vel reptilis cuiuslibet. que colebat diu
sus hominum error. non coles nec etiam
adorabis eos ea. colere enim est mente a
dorare. adorare autem est si non animo
saltem pro metu vel adulando regibus ado
rare. postea ad inculcandam custo
diam dei et dicendorum addidit incidenter.
Ego sum dominus deus tuus et fortis zelo
tes. visitans peccata patrum in filios in tertiam et quartam generationem
eorum qui oderunt me. et faciens misericordiam
in milibus hiis. qui diligunt me et custo
diunt precepta mea. ~~quod odiunt me. et faciens mi~~
~~in mi. hiis qui diligunt me et cetera.~~ proprie zelus
dicitur invidia dicitur etiam amor sed proprie
amor viri ad uxorem. pro quo sustinere ne
quit alterius accessum ad eam. In hunc
modum dicit dominus ego sum zelotes. id est non pacior
te fornicari te post deos alienos. quod
addidit. se visitare peccata patrum in filios.
aiunt heretici. non est bonus hic sermo. ut
pro peccato alterius quis puniatur. et dicunt veteris
testamentum non esse datum a deo. non enim
sic crudelis est deus. sed e contra sic mitis apparet.
Quod etiam hic nomine visitans in
nuitur. Ex pietate enim visitamus infirmos
et ipse ex mansuetudine peccantem non
statim punit. sed exspectat. usque in ter
tiam etiam generacionem. quam diu solent patres
solent vivere. et si corripietur pater. et vel
filii ipsum non imitabuntur. peccatum. alioquin
qui post longam exspectacionem iuste
punit. et de temporali pena tantum intelligendum
est sicut de achab. et de ieu in posteris
vindictam sumptam legimus. vel pro
exprimi severitas iuste iudicantis. quoniam
enim puniuntur peccatores si filios etiam
videant pro se puniri. et iuste pro exspectatione
cione. dicitur tamen hic intelligit per patres demo
nes. et per positos coadiutores. quos quasi
in peccando non adiungimus. Ut potest
dyabolus primo intravit in cor iude.
ecce pater post accessit ad principes. ut
et ipsi in hoc peccarent. ecce filii post ab illis

Marginalia:

Sidrates [?] in Egipto

exp[licacio] decalogi

nota. Iosephus dicit se vidisse du[as] tabulas legis lapideas quarum utraque continebat duo [?] mandata et dimidium [?] [illegible] exclusus

Primum mandatum

hic est

hoc ydolum Ieronimus

Origenes

ymany chey

id est tem[porali] pena

ieu

vel

i. demonum

esset ad
accepit cohortem et ministros, ecce tertia et quarta generatio. Deus autem non visitat hic peccata patrum, qui reseruantur usque in futuro. modo tamen sepe punit homines. Secundum

Non assumes nomen dei tui in vanum. i. nec falso, nec superflue, nec dolose iurabis per nomen dei tui, nec honorem eius quantum intra est evanescere facias prave sentiendo de eo.

Memento ut diem sabbati sanctifices. Tertium i. festum et statutum habeas. Non facies omne opus, tu et filius tuus et filia tua, servus et ancilla tua, iumentum tuum, nec advena qui intra portas tuas est. i. tecum in domo tua serviens. Quia deus qui requievit die septimo. et nos diem septimum seruamus. et si non hunc quem illi. Philo et Josephus sic ait. quantus sermo ses servandas septimas, cum abdi forent ope cessati, precepta de ope, sicut dominus intelligendum. Quartum

Honora patrem tuum et matrem tuam duplici honore reuerendo. s. et necessaria ministrando. In his enim que sequuntur fere in omnibus aperte totum intelligitur. Unde et dominus docens totaliter intelligendam impleuit legem. Quintum

Non occides manu vel mente vel consensu, non molestam manum inferes innocenti, nec subtrahes auxilium vite cui potes et debes dare. Iudex quidem non occidit. sed lex. Sextum

Non mechaberis. non contaminaberis aliena excepto federe matrimonii. Non furtum facies. nec etiam rapies aliena. Septimum. Octavum

Non contra proximum tuum falsum testimonium dices. hic prohibet omne mendacium. licet quidam male senserint. de eo tacite concessisse mendacium quod prodest si nulli obsit.

Non concupisces domum proximi tui. Nonum aug. hic omnem concupiscentiam rei aliene prohibet immobilis. Decimum

Non desiderabis uxorem illius, nec servum nec ancillam, nec bovem, nec asinum, nec omnia que illius sunt. hic autem prohibet concupiscentiam rei mobilis. sed quod nuncupat est. De altari faciendo.

Videbat autem omnis populus voces et lampades et vocem buccine et montem fumigantem et perterriti et pavore concussi steterunt procul di-
xerunt moysi. Loquere tu nobis et audiemus. non loquatur nobis dominus ne forte moriamur. Stetit autem populus de longe et moyses accessit ad caliginem. Cui dominus ait. altare de terra facietis michi. forte ante constructionem altaris pro tabernaculo voluit hic fieri. vel quod pro tabernaculo tale erat de terra. sicut dicemus infra quod si altare lapideum feceris michi non edificabis de sectis lapidibus. Si levaueris cultrum tuum super eo polluetur. quasi nolo quod instrumento effusionis sanguinis edificabis michi sectum. Inde et nos vivi lapidis altare construimus. forte prohibuit ne super altare hostie occiderentur. et addidit non ascendes per gradus ad altare meum ne reueletur turpitudo tua. forte non utebantur antiqui feminalibus. De iudiciis

Deinceps addidit dominus iudicia ad determinandas lites. Hos quidem non omnia sed quedam persequamur. Si emeris servum hebreum, qui iam s. servus non sit, sex annis seruiet tibi nisi iubileus interuenerit, septimo egredietur liber et gratis. cum quali veste intrauerit. si habens uxorem et liberis exeat. Si dominus dederit ei uxorem, mulier cum filiis quos fecerit erit domini. quod si elegerit servus manere in servitute, offeret eum dominus diis. i. sacerdotibus presentabit et applicabit ad hostium tabernaculi et perforabit aurem eius subula in signum perpetue servitutis, et erit servus in seculum i. dum vivet vel usque ad iubileum. idem intelligendum est de ancilla. De filia. eo qui vendit filiam

Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non in ancillam s. sed in concubinam quod greci moyseten dicunt. Septimo anno non egredietur sicut ancilla sine precio. Dominus enim eam qui illi habitauit dote, uestes et nuptias i. ui... cum videbit precio pudicitie. Quod si autem annui ... duplicauerit ei vendendi eam alii potestatem non habebit, nec pudicie precium negabit.

x. precepta Origenem et Josephum unum preceptum est

XXI

XXII

cum uxore

Aug. dicit super exodum quod in anno septimo seminabant sed non colligebant. In leuitico legitur agrum non seres et vineam non putabis et cedit sponte dari domino et demum eius pauperibus quod sunt in esum sed reponere prohibet.

·uxor cathonis

Quam agnoscavit eam sibi .i. in uxorem duxerit sed quod dicit marita catonis uxor legem uxorem faciet sibi nec sine libello repudii egredietur. Si vero non sibi sed filio emit eam in modum predictum faciet ei pro filio sicut predictum est. Si tria ista non fecerit .i. si nec ipse eam humiliaverit si non agnominacione nec eam agnominaverit vel filio eam acceperit more ancillarum gratis egredietur et absque pretio sibi dato. De eo qui occiderit hominem. Homicida sponte occidit.

vel si eam non sibi duxit

Qui occiderit hominem volens moriatur. Si autem nolens confugiet ad unam de vi. civitatibus refugii et ibi salvabit animam suam ne occidat proximus occisi et erit ibi donec iudices civitatis sue propinquis mortui reconciliet vel usque ad mortem summi sacerdotis. Tunc enim redibit securus. Per industriam vero occidens etiam ab altari evellatur quod de Ioab fecit legitur. Instar harum civitatum nos habemus loca deo dicata [illegible] tamen prevent quod ille salvatur volens homicida. Quamquam fugitivus tamen quidam exceptionem faciunt. Si enim in homicidio facto in eos vel furto vel huiusmodi confugiat ad ecclesiam dicunt eum non debere extrahi et puniri. Addit etiam deus preceptum talionis iubens reddi animam pro anima oculum pro oculo dentem pro dente vulnus pro vulnere livorem pro livore adustionem pro adustione. De bove cornupeta.

mansionem / mutationem / etiam in hijs

Si bos cornupeta servum occiderit lapidibus obruatur nec carnes eius comedentur. Domino autem bovis xxx. siclos argenti reddet domino suo quia generationes egresse sunt de Egypto quod Christus xxx. vendidit. Aiunt hebrei id sic extitisse tempore servi. De decimis.

Decimas et primitias ne tardes dare eris offerre. Tamen agnum vel edum vii. diebus dimittes cum matre sua die viii. vel deinceps poteris reddere ipsum. De septimo anno.

Sex annis seminabis terram tuam et congregabis fruges eius. vii. anno requiescere eam facies. Unde et dicebat anni verse quod in eo et etiam remissionis

Nota. [illegible marginal note in later hand]

nulli licebat exigere debitum aliquid nisi eo tanto et si qui in eo anno ex preteritis fructibus sucrevit in ea comedent pauperes populi et quod residuum fuerit pauperibus comedent bestie agri. Ita facies in vinea et oliveto tuo. Quomodo hoc observatum fuerit ut ait Iosephus in anno vi. intra [illegible] fruges quod sufficiebant ad usum vii. anni et viii. ad sementem. Addidit etiam deus pro pauperibus sollempnitatibus anni in quibus voluit sibi apparere omne masculinum sed non vacuum de quibus infra dicetur. De edo non coquendo in lacte matris.

Non coques edum in lacte matris sue quod Iosephus exponit sic non comedes eum infra vii. dies post ad hoc non differt a lacte. Sed de ipso exponunt sic non occides Christum in die conceptionis sue in lacte matris quia ex tunc in matre [illegible] lactis. Hebreus habet non coques separatum in lacte matris sue et est separatus a carne pentium .i. quod prevalem generationem decepit et editum est non comedes coctum cum lacte vel cum aliquo lacteo caseo scilicet vel cum butiro quod idem est pro quibus non decaruit sed de ovis separant aquas in lacte coctas vel cum lacte comedunt et id de lacte matris prohibitum dicunt quod in alio lacte liceat coquere. Sed quod lac illud patris posset invenire cum alio aliud prohibitum de omni lacte. Quidam tamen que domino offerunt deum esse intelligunt quod non offeratis agnum vel edum infra vii. diem quod non dum est edibilis nec differt a lacte matris quod supra dixerat agnorum et de decimis. Insuper vero iudicium addidit dicens Si feceris hec occidam omnem populum ad quem ingredieris et premittam scrabones et vespas que fugabunt eos .i. timores nominis tui paulatim vero eiciam eos ne reducatur terra in solitudinem et crescant contra te bestie. Ponamque terminos tuos a mari rubro ab oriente usque ad

mare palestinum qd tirrenu d(icitur) et e(st)
ab occidente. et a deserto qd est post beth
quod incipit post thetua usq(ue) ad fluuium
eufrathen que tota regio quondoq(ue) dicta
est iudea. De fede firmato et aspsione sanguinis uitulorum.

Venit ergo moyses et narrauit
plebi omnia iudicia dei et dixerunt
omnes una uoce. Omnia que
locutus est deus faciemus et audiemus
qd preposter et inordinate dictum preffi
gurauit futuros transgressores et in
his uerbis mendaces. Scripsitq(ue) moyses uniuersos
sermones dei preter decalogum et ma
ne consurgens edificauit altare domino
et xii titulos per xii tribus israhel.
forsitan xii altaria quos titulos
dixit. uel potius unum ex xii lapidibus et in
singulis singula nomina filiorum israhel
scripsit. qui titulos tribuum. misitq(ue) iuue
nes. s(cilicet) nadab et abiud qui futuri erant
sacerdotes et imolauerunt domino paci
fica uitulos xii. tulitq(ue) moyses mediam
partem sanguinis et misit in crateras s(cilicet)
uasa tinnea cum ansis actum qd est
contexere dedit. reliquum sanguinis super alta
re. Legitq(ue) uolumen federis audiente
populo qui dixerunt. Omnia que locutus est
deus faciemus. Ipse uero sumptum sanguinem
respersit populum et ait. hic sanguis federis
qd pepegit deus uobiscum. ac si diceret sic
peribit uita eius et sanguis fundetur qui
uiolabit fedus hoc. i(d est) pactum inter uos et
deum. Sane hoc signum ad confirmacionem
federis agentibus qui pactum federis se
delam... sic confirmabant. fedelam... gladium
federis laniatorem. i(d est) uiolatorem. Tamen
et ad signum federis terribilius hunc
uidere ex se effusionem aque qd fecit
iosue et samuel. quia sicut aqua to
ta funditur qd nichil extra remanet in
uase qd non alii liquores. et etiam pit
fusa in terra sic penitus cum stir
pe sua periret qui uiolaret fedus. De ascensu moysi in montem. xxiiii.

Hoc facto ascendit moyses
et aaron nadab. et abiud. et lxx
de senioribus israhel. sed preceptum est
usq(ue) ad radices montis. et uiderunt deum sub

pedibus eius. quasi opus saphirinum et quod
celum cum serenum est. Tamen nec super eos
qui erant in castris misit manum suam
i(d est) non abscondit se ab eis sed uidentes
maiestatem dei. et non ipsi leti epulabantur.
Tunc uocauit deus moysen daturus ei tabu
las lapideas inscriptas decalogo. et assump
to tantum iosue consiuit senuiores dicens sei
oribus. Expectate hic s(cilicet) in castris et usq(ue)
ad senuiores. siquid questionis natum fuerit refe
retis. i(d est) ad aaron et ur. operuitq(ue) nubes
montem. Itaq(ue) dimisso iosue solus ascendit
moyses ad caliginem. Septimo autem die
uocauit eum deus de medio caliginis. In
gressusq(ue) quoq(ue) moyses medium nebule
fuit cum domino xl diebus. et quadraginta noctibus
non comedens neq(ue) bibens. De tabernaculo faciendo. ~~lxv.~~ xxv.

Et ait deus ad ~~eum~~ moysen. Du...
me primicias. i(d est) preciosa queq(ue) a populo
israhel. sed ab eis tantum qui ultro ob
tulerit. aurum s(cilicet) et argentum et es iacinctum
et purpuram. coccumq(ue) bis tinctum. i(d est) serica iacinctum
purpurei et coccinei coloris. et bissum qd est
genus lini egypcii molle et candidum. pilosq(ue)
caprarum et pelles arietum etiam rubricatas
quas peccatas dicimus ... parthi. sic eas co
lorari cogitauerunt et pelles iacintinas et
ligna sethim. Est autem sethim nomen
montis et regionis et arboris. que similis
est albe spine in foliis et est leuissimum
lignum et imputribile et incremabile. oleum
quoq(ue) ad luminaria aromata ~~adunge~~ et thi
miamatha boni odoris et lapides onichinos
ita qd sardonices et gemmas faciant in
scuarium. ita ut habitem in medio eorum. ne sit eis
labor recurrere ad montem hunc iuxta
similitudinem tabernaculi. qd ostendam
tibi facies i(d est) ita. De scematio arche. ~~lxvi~~.

Artham de lignis sethim facies.
que hebraice dicitur hero. Et non qd
moyses hic ordine narrat. prius de hiis
que fuerunt in tabernaculo. secundo de ta
bernaculo. tercio de atrio. Iosephus ... ille
uero secundum ordinem compositionis. et iste secundum
ordinem collocationis. longitudo arche habe
bat duos cubitos et semissem altitudo alie
unum cubitum et dimidium. latitudo cubitum

Marginalia (left margin): uiminea; fusa; delam; de quibus uestigia tractare incrementi
Marginalia (right margin): hoc; uacat; ua; habuerunt; causa; eam; nunquam plenitate moysi; xxv; xxv; ut serica; ad ungendum; inter
Marginalia (below left column): i(d est) aliqua nubes in qua credebant esse deum et

et semissem, et intellige cubitum humanum non geo-
ut in archa noe | metricum. geometricus habet .ix. cubitos humanos.
quod appellatur in altari lateranensi. etiam quo dicitur
archa esse. et Iosephus dicit cubitum habere duos pal-
mos, et dicit archam non habuisse pedes et deau-
rata est intus et foris auro mundissimo.
Fecitque ei supra coronam auream ad modum
labii quod in mensis ~~fieri~~ fieri solet
Scutinys | per circuitum latus longitudinis. erant bini circuli
aurei totum lignum penetrantes. et per eos
vectes de lignis sethim deaurati et in-
trabant quibus archa ferebatur. nec umquam ex-
trahebantur inde. posita est testificatio
id est tabule in quibus scriptum erat testamentum.
A92 | Tamen quecumque ibi reposita testimonia dici possunt.
posita est ibi urna aurea plena manna
in testificationem quod panem dedisset eis de
celo. Tabule in testificationem quod legem illam
sopitam in cordibus suscitaverit in scripto.
Virga aaron in testimonium quod omnis potestas
a domino deo est. Deutronomium in testimonium
pacti quod dixerant. Omnia que dixerat nobis
dominus faciemus. ob hoc dicta est archa testamenti
vel testimonii. Hinc et ob hoc tabernaculum testimonii
dictum est. et ideo quia ~~et~~ post fores eius stare
tabant. De propiciatorio et cherubin.

Factum est etiam super archam propicia-
torium aureum id est tabula aurea eiusdem
longitudinis et latitudinis cuius et ar-
cha, ut archam tegere sufficeret. de spis-
situdine eius non legitur. hoc dicebatur oraculum
quia dominus de loco illo responsa dabat. Vnde templum autem
domini oraculum dicitur. quia orantibus dabatur. dicebatur
etiam propiciatorium. quia exinde loquens dominus propi-
ciabatur populo. vel quia die propiciationis dice-
id est x. die decembris | bat gloria dei se ibi descendere. Ex utraque
parte oraculi in duobus angulis anterioribus positi
sunt duo cherubin aurei et productiles
non scilicet fusiles sed tunsionibus malleorum pro-
ducti. Sunt autem ut dicit Iosephus animalia vo-
latilia humanam figuram que nullo homini est in spec-
ta scilicet angeli. hec dixit moyses
se | in dei se conspexisse figura-
ta. cherubin unus alterum respiciebat versis
tamen vultibus in propiciatorium. duabus quoque alis

Post etiam dicit ad terram iuxta archam positi v. cubitis altitudinem in templo Salomonis duplo maiores erant.

Salomonis actum e postea nisi q...

expansis et mutuo se tangentibus velabant
oraculum. ~~alias~~ alas expansis posito extendebat | a pariete ad parietem
Fecitque autem dominus faciem et mensam. De mensa et corona
de lignis sethim habentem duos ~~corona~~ ~~...~~ xxvii.
cubitos longitudinis et in latitudine cu-
bitum unum et in altitudine cubitum et semissem
et spissitudine tacet et inaurabis eam
ex omni parte auro purissimo. Erat autem
ut dicit Iosephus. hec mensa proxime velud
delfica ~~delfica id est illius insule unde erat illa~~
~~altare~~ habens in pedes qui dum eius altitudo
quatuor ex medietate partis inferioris rotun-
di et tornatiles, pars superior operis quadran-
gula erat. In singulis vero pedibus erat
anulus aureus. singulis erat in pede ubi | id est concavitas aliqua
anulus missus erat. In annulis vero
vectes aurei quibus ferebatur mensa. Erat
autem circa labium productum sicut in archa
et labio affixa erat aurea corona alta
digitis iiii. Itaque medietas eius super men-
sam eminebat ne super posita caderent ex ea
alta eius medietas inferius pendebat ad deco-
rem et erat corona id est celata una parte alta
parte plana. hoc interrasilis id est interpolata celatu-
ris et plano. Erat autem ut aiunt hebrei
celature ille que exigentes regum et prophetie tot fe-
cit exigentes ubi fecit que reges futuri erant
in iherusalem a david usque ad sedechiam. Tamen Iose-
phus uelle non fuisse in circa labium nisi hanc
coronam interrasilem id est reticulatam. huic vero
supposita erat in alia corona aurea minor ista
set quo et quanta ~~et~~ supposita et ampla vel | ampla
interrasilis nescitur tamen aureola vocabatur. | De
mensa panibus propositionis ~~le~~.

Et ponebant super mensam .xii. panes
azimi de simila munda
valde et ponebant senos
alternis se et constabant singuli
de duabus decimis
ephi id est mensura quas Iosephus
duos assarios vocat et singulis
supponebant patenam auream. et super
patenam pugillum thuris. Iosephus
dicit phyalas aureas suppo-
sitas plenas thure. hii diluculo sabbati
recentes calidi imponebantur mense
se et erant ibi immoti usque ad

Vel aurea. visio ezechiel de interrasili ex ungebat ~~p.. quod in proph... sic~~ hebrei dicunt et hanc prophetice ~~ne~~ addita ad presignificandum divisionem regni in duo regna futura .ii. regna israel populosi

Aurea ut prefiguraret dei vel ... ... alterius ... verbat

Nō Nunquam offerebatur hostia sine libamine. Sex autem erant libamina, iiiior arida, scilicet thus, simila, sal, granum ... que semper offerebant[ur] ... oleum que offerebant semper ... sal et vinum ... bando. libare autem ... et ad infundere ... hostias ... oblata a sacerdotibus super altare infundebat super hostiam antequam cremaret

sabbatum sequens, tunc illis sublatis et toto thure incenso super altare panes nouiter alio thure ponebant. sublatis uero soli sacerdotes comedebant. Vnde et sacerdotales dicebantur. Vel ideo etiam quia ut ait Josephus dominus preceperat ut soli sacerdotes panes illos facerent et coquerent et ponerent in mensa et tollerent. Ipsi tamen non obseruauerunt. hii dicebantur etiam panes propositionis quia positi erant coram domino in memoriale sempiternum duodecim tribuum filiorum israhel uel propositi scilicet per totam ebdomadam uel in eternum per successionem ponendi. De uasis libaminum.

Precepit dominus ex auro purissimo fieri iiiior genera uasorum ad offerenda libamina et ab offerentibus sacerdoti ad libandum id est fundendo et post eam super mensam id est acetabula, phyalas, thuribula, ciatos. In hiis quod debebat offerri preuidebatur et probatur ut dignum foret offerri an non sed quia et in colore et sapore uini discernitur quod phiale uitree sunt. unde aphyalum grece uitrum dicitur. sic uocabatur in imo angustior in superiori parte amplior in qua sapor et color poterat agnosci quas hebrei scutellas dicunt. ciathi uero minores et angustiores erant et aurei cum quibus fundebatur uinum super altare pro hostie libamento. In thuribulis que et mortariola uocantur thus precognoscebatur et offerebatur. similiter et in acetabulis acetum sed quia nunquam aut raro occurrit de oblatione aceti quidam dicunt acetabula fuisse scilicet in quibus ponebantur a sacerdotibus que debebant offerri ut farina accepta id est ydonea essent an non. postea sicut diuidit accepta in tria in phyalas in quibus uinum. In thuribula in quibus thus et similia et fumigatur manibus et calices in ciathos in quibus oleum sumebatur in sacerdotes. per hec ... que offerenda erant portiunculas quas in huiusmodi uasis ponebant ad pregustandum quia libando de singulis que libamina moyses dixit officia id est de offerendis sumenda. De candelabro.

Precepit quoque moysi dominus fieri candelabrum ex auro purissimo ductile tamen Josephus dicit fusile, cuius hastile basi infixum erat et ferrum superuestitum. calamus aureus quasi geniculatis ad modum canne. ubi autem capita calamorum inter se iungebant ~~tanquam duo ciphi~~ erant in modum nucis et ex fundo cuiusque ciphi procedebant flores rerum quasi lilia et in ipso fundo inter ciphum et lilia erat sperula uolubilis sicut in capitibus cathedrarum que sunt sperule uolubiles et ita cum in hastili essent quinque calami in hunc modum copulati iiiior erant iuncture quarum quelibet habebat scilicet ciphos duos iunctos et sperulas similiter et lilia et hoc est quod moyses dicit in hastili fuisse iiiior ciphos in modum nucis. tamen hebreus non dicit ciphos sed dicit iungelatas rotunditates scilicet in gello distinctas ex hastili procedebant ex lateribus tria brachia hinc et tria inde ferrea quorum unumquodque superuestitum erat calamus aureus ad modum hastilis et in iuncturis capitis coibant calamorum quasi cyphi in modum nucis cum sperulis et liliis et quia in utroque iii ciphos dicit moyses fuisse unumquodque iiiior calamos habuisse. Tamen quibusdam uidetur spirulas non fuisse in fundo ciphorum ut dictum est. sed in media planicie cuiusque calami spirulam uolubilem suppositam sicut erat candelabrum ex ferro calamus aureus sic inductus si ferrum fusile fuit si uero ductile super hastile ex auro fuit et malleis mirabili artificio fuit in hanc formam productum. Erat autem ut dicit Josephus ex lxx partibus compositum in una base erectum sic in hastili et brachiis erant calami xxix non integri sed ex duabus partibus. In medio ubi partes iungebant erat spirula supposita ne iunctura uideretur et putaretur calamus unus et ita erat calami xxix cum totidem spirulis lviii uero partes in basi. vii lampadum sedes. qualiter uero modo fuit factum in summo uero vii habebat capita equalia super que ponebantur vii lucerne auree. Infusoria etiam vii ex auro erant quibus lucernis oleum infundebatur. Erant ex auro forcipes id est emunctoria ad emungendum uel extinguendum ~~lu~~ ~~cerna~~ etiam uascula ex auro erant ibi ad extinguendum ignes que emungebant ne tetrum redderent odorem id est extinctoria. De pondere eius cum uasis suis habuit talentum auri ad pondus sanctuarii. Tria non habebant ~~talenta~~ iiii l libras

talenta ...

[Marginalia, left: / i. acquirendo / gustando deo et a sacerdotibus domino; agros ad hoc deputatos colerent seminarent metent ... ; i. logo ... ; vasis libaminum; gustando deo acquirendo a sacerdoti domino; ter phyalas aureas; iudicium; que et; fusse]

[Marginalia, right: capita habebat iuncturam et iuncture ad modum ciphi quia cupa ... iungebant tamquam duo ciphi; forcipes infusoria; ...]

Beda de mensuris liquidorum dragme x cyathum faciunt. xii acetabula acci
phalum xv. Sex cyathi sextarium. due libre sextarium quod est sextarii pro congii. iiii^or
Congii modium. Ista omnia per multa percipuum variunt

qd erat institorum modium lxx. qd erat civi
um maximum. cxx. qd erat sanctuarii. tamen Jose
phus dicit hujusmodi mnas c. quas hebrei cytha
res dicunt. greca lingua interpretatum talentum
nuncupat. positum autem erat ad austrum contra
mensam non recte quidem sed oblique.

Precepit quoque deus fieri *de parietibus tabernaculi.*
tabernaculum in hunc modum. Taber *textus.*
naculum erat domus deo dicata qua
drata et oblonga tribus clausa parietibus
aquilonari. meridiano. occidentali. liber
patebat introitus ab oriente. ut sole orien
te radiis eius illustraretur. Longitudo erat
xxx. cubitorum. latitudo. x. cubitorum. alti
tudo. x. In latere meridiano erant ta
bule de lignis sethim stantes. xx. quarum
unaquaque in longitudine habebat cubitos
x. in spissitudine digitos. iiii^or. In latitu
dine cubitum et semissem. jungebantur autem sibi
mutuo incastrature ne rimula ibi esset in
planicies parietis inconsulis et erant in au
ratte ex utraque parte. Super posite vero singule
duabus basibus argenteis perforatis in quarum
foraminibus cardines aurei immittebantur
in utroque angulo tabule erumpentes sicut in
seneis fieri solet. Tamen augustinus videtur velle quod
una basis esset sub tabula et altera ba
sis super pepistilio. sed littera contra est que
dicit. ut bine bases singulis tabulis per duos
angulos subiciantur. Utrum autem tabule
suspense a terra super bases an inter ba
ses ad terram pertingant non legitur. Eodem
stemate factus erat paries aquilonaris. ad
occidentem vero erant. vi. tabule posiles
aliis et eodem modo stantes in basibus. Sed
cum non implerent nisi xx cubitos dimidius
cubitus ex utraque parte vacuus patebat
et id tabula uno cubito lata secta est per
medium et facte sunt due tabule semicubita
les que utrimque sunt posite parte occidentis
aliis duabus compaginaverunt que etiam
singule duabus basibus innitebantur. Ne vero
ventorum impulsu vel quolibet alia causa parietis con
cuteretur. singule tabule anulos habebant
aureos per ordinem vel quibusdam radiis
affixos per quos vectes prosilium parietis in
multitabulata sicut continebant. Erat

autem vectes de lignis sethim in aurati
singuli v^e cubitorum in mittebanturque caput
unius vectis in caput alterius in modum
toroi. id est illius clous ut ex pluribus sic in
nexis. quod unus vectis immense longitu
dinis videretur. sicut in baculo cambutte
pontificalis eburneo fieri solet. Et sane
planum esset nisi deus addidisset quod v.
vectes essent in latere ad aquilonem
et totidem ad austrum
et totidem ad occidentem
quod minus congruum videretur.
Cum enim quilibet vectis v^e
erat cubitorum. v^e protensi in latere uno
xxv. cubitos tamen contingebant. In occiden
tali vero latere duo tamen sufficiebant.
Sunt qui dicunt de his vectibus superflius unum
supraadditum. v. vectibus in latere septentrionali
et alium in australi et sic quod illis deerat ad
impletum est. Tantum sectum in duos qui
positi erant in duobus angulis parietum ut
recuati iunctas angulorum parietum colliga
rent sicut iunctae angulorum in cenus. ~~ininis~~
~~tis serpa~~ lamina ferreis ligari solent. sed
hoc extra contineri non potest. Dicitur ergo intra
esse. v^e vectes immitti per medias tabu
las a summo usque ad summum de altitu
dine parietis intelligi potest. Erat autem
iuxta summitatem parietis supinarum unus
ordo vectium extensus in longum per totum
parietem et iuxta summitatem inferiorem
alius ordo in eundem modum. et in media
planicie tres ordines ut quod dictum est vectes
fuisse in latere uno potest ad numerum ordinum
quam ad vectium referre. Erat itaque in una quaque
tabula v^e anuli et in quolibet duorum
parietum vectes. xxx. quia v^e ordinum quilibet vi
vectes habebat. a latere occidentali. x. vec
tes bini per singulos ordines. Sunt qui dicunt
omnes vectes non eiusdem quantitatis fuis
se sed quilibet vectium v^e qui erant in mag
nis lateribus. Erant. vi. cubitorum et ita
v^e sufficiebant ad continendum xxx cubi
tos et quinque vectes qui ad occidentem
erant singuli duorum erant cubitorum. Et Jose
phus loquens de his vectibus ait unumquemque habente
magnitudinem cubitorum. v^e. *de distinctione ta*
bernaculi et utrorumque velo. textus.

Marginal notes (left): Jucadum. — pondus sanctuarii — i. per incastraturas — i. forma — in angulis occidentalibus — scilicet aquilonari et meridiano
Marginal notes (right): Itaque v^e cubiti illi lateris v^e manebunt intacti — laminis — vectes — tacita

b Hec pars adytum dicebatur vel sancta sanctorum vel sanctuarium sanctuarii vel sancta sanctorum

Tabernaculum hoc in duas partes distinctum erat. Posterior pars ab occidente x cubitis protendebatur et ita quadratum longum erat scilicet et in latum et in altum x cubitorum. Anterior pars ad orientem xx cubitis protendebatur que communis erat sacerdotibus et laicis et dicebatur sanctum vel sancta vel sanctuarium vel prima pars tabernaculi. Huius posterior dicebatur sanctum sanctorum quasi sanctum secretum ut dicitur seculum seculi vel sanctum sanctorum id est sanctissimum sicut dicitur dominus dominorum et rex regum. Ad alterutras vero partes separandas posite erant in medio iiii^or columpne de lignis sethim deaurate capita habentes et bases argenteas. Tamen Josephus dicit iiii^or fuisse tabulas ad modum aliarum compactas. Una tabula erat incisa et cavata in fronte ex una parte et altera tabula similiter erat incisa et cavata ex altera parte in fronte vero coniungebantur equaliter alie invicem distantes. Inter quas tres anguli patebant ingressus. Super capita vero columpnarum superpositi erant duo vectes x cubitorum a pariete in parietem protensi in quibus per circulos aureos in missum dependebat velum ante iiii^or columpnas extensum quadrum ex omni parte prohiberet aspectum interiorem. Erat autem velum factum de bysso retorta quod genus lini candidissimi et mollissimi et iacincto et purpura et cocco bistincto scilicet de filis sericis et iacincti purpurei et coccinei coloris opere plumario compositum. Id est opere acu picto plumarium quedam iunctura acus dicitur hoc genus velum vulgo bisstinctum dicitur. Potest non sit tela tamen acu opere manuali quibus trahitur subsistunt diverse picturationes. Sunt qui dicunt opus plumarium a similitudine avium quibus superaddita est plumarum varietas. Id est etiam opus dicitur polimitum a polos quod est multum pro multitudine picturarum. Hoc autem velum erat pulchra varietate contextum ex vinculis ut dicit Josephus floribus quos gignit humus et aliis que poterant intexere pictores preter animalium formas. In ingressu vero tabernaculi v^que columpne erant de lignis sethim deaurate capita habentes aurea bases vero eneas super quas duo vectes vel unus x cubitorum protendebatur a pariete in parietem. In utroque capite sui utrique parieti insitus ad modum trabis in domo a quo dependebat ad velum per circulos aureos insitum ad modum prioris compactum sed secundum Josephum usque ad medietatem columpnarum dependebat tegens eas per v cubitos reliquis v usque ad terram ad ingressum sacerdotum patebant. Super hoc vero dicit aliam cortinam laneam superpositam usque ad terram pertingentem funibus per annulos eam ducentibus et retrahentibus ut in diebus festis reducta preberet aspectum tabernaculi. In aliis diebus reducta prohiberent aspectum precipue cum nubilum videretur. Textura non fortis erat et facile laborem sustinebat etiam in ingressu templi similem dicit fuisse a pendentem. Erat enim in interiori sanctuario archa cum hiis que in ea reposita diximus et cum hiis que erant ei superposita. In anteriori vero candelabrum ad austrum mensa ad aquilonem. In medio autem velum non longe ab addito altare aureum quod Josephus thuribulum aureum vocat de quo post dicemus.

Tectum tabernaculi. De cortinis et sagis.

Tectum non erat camurum sed planum ad modum Palestine sicut iiii^or operimentis aptatum primum operimentum cortine que etiam vela vel tentoria vel quandoque tabernaculum vocantur que erant facte de iiii^or predictis coloribus et opere plumario longitudo cortine unius erat xxviii cubitorum latitudo iiii^or. Quinque vero mutuo sibi iungebantur et quinque similiter ut quasi due cortine ex quinis compunctis redderentur. Iungebantur enim ansulis iacinctinis que in utroque latere cortinarum disposite altera contra alteram veniebant et bine annulo aureo colligabantur sicut ad ornatum colli fibule auree utrimque horum capitum solent colligare. Dicit tamen Josephus annulis aureis id est circulis et uncinis eas fuisse coniunctas. Sed operimentum. Erant saga cilicina que etiam vela et capillacia quandoque vocantur que de pilis caprarum quos capillos

Margin notes:

erat

ci

cinrea

fili in

Babilonis

stilo x cubitorum ut ex omni parte

F. cypa

q. bisstin

pictura

x cubitorum erant

quia dominus ad decem lane ovium facta erant
de quibus etiam cilicia fiunt. unde et illa
saga ciliciana dicta sunt que pro asperitate
saga dicebantur. unde et quosdam pan-
nos asperos sagias dicimus. vel forte ex
quadratura saga dicta sunt. unde et quadratum
militare pallium agallis invenitur. quod
quadrum erat sagum dictum est. Quod tamen quia
ex asperio fiebat panno contra aeris in
temperiem et potuit dici sagum. Erant autem
saga h. xi. longitudo unius sagi habe-
bat cubitos. xxx. latitudo. iiii. et
erant v. sibi mutuo iuncta ita quod unum
sagum faceret. ex alia vi. que unum
sagum iuncta iungebantur autem anulis
aureis et sericis ansulis contra se venien-
tibus. ut autem singule cortine vel saga
sibi invicem ita copularentur. an v. cor-
tine sibi consute filo in serpentum. in una
cortina iuncte erant. et alie quinque similiter
ad tegendum taberna. culum. Hee due magne
cortine ansulis non eluceret. Quomodo te

Quo vero gehus[?] gradi secundum Bedam. lxvi.
Operiebant tabernaculum prius iudei se-
cundum bedam protendebant. x. cor-
tine sibi copulate protinus totum
operientes tabernaculum et descendentes
platea uno cubito distabant ex omni
parte a terra. et quia sunt iuncte. xl. cu-
bitos implebant longitudinis que erat
xxx cubitorum et quinque cubiti depen-
debant iuxta latus occidentale. alii quinque
descendebant ante apertam que erat
ad orientem tamen ne in opposite penderent
ubique cortine transgredientes duo magna
lata tabernaculi usque ad medium aperte ther-
bant ut inter iungebantur et similiter in latere
occidentis et ita ex omni parte tabernaculi tec-
tum fuit cortinis uno tamen cubito
circa terram ex omni parte non velato super
ponebant saga similiter protinus. sed
quia erant. xxx. cubiti platea descen-
debant usque ad terram et vii. ad occi-
dentem et ita cubitum cortinis non vela-
tum ipsa velabant. et quia ex transversio
xliiii. cubitos habebant cum essent
xi. simul iuncta et unumquodque erat. iiii.

cubitorum longitudinem tabernaculi. xxx. cu-
bitis tegebant de xiiii. qui supererant
vii. descendebant ad orientem. et vii.
ad occidentem. partes vero sagorum que super
erant pendentium iuxta duo magna latera
usque ad terram ex utraque parte reduce-
bantur ad tegendum introitum orientalem sed
quia vii. cubiti ex utraque parte veniebant. In
spatio vero introitus x. tamen erant. secuiebant
sagorum sago. vel forte in summitate eorum
duo cubiti replicati consuebant instar
horarum vestimenti et te ex quo venientia
saga de lateribus in medio introitus copu
labant in eodem loco in quo et cortine
et similiter in latere occidentis propter huius sup-
suturam vel replicationem sagorum dicit
beda post dixisse deum moysi. sextum sagum
in fronte tecti duplices. i. dimidium sa-
gum quod excedit cortinas in mensura sup-
fluens vel replicabis. et post planius addi-
dit deus quod super est in sagis. i. unum
sagum quod amplius est ex medietate eius
operies posteriora tabernaculi. i. latus occi-
dentis. Duplicant autem ita ut in
petus ventorum possent sustinere. et secundum
hanc dispositionem tabernaculum ex omni parte te-
gebatur sagis usque ad terram et nichil
exterius videbatur et tectorium quod erat intus
preciosum in altare ibi erat et cum sacerdo-
tes intrabant tabernaculum. vel necesse erat
attollere saga et cortinas ut sub intra-
rent vel si in medio iungebantur et anu-
lis ad introitum eorum dissolvebantur. Josephus

Alia Josephi dispositio. cui aliter. lxvii.
Assentit aug. et videtur probabilior
ait. n. x cortinas sibi invicem iunctas
ut dictum est a fronte tabernaculi super iunctas
extensas protinus et tegere totum
tabernaculum et descendere iuxta latus oc-
cidentis usque ad terram. In fronte vero non
tegi aliqua parte cortinarum cum propter haberet
velum. Similiter et de sagis totum dicit operiri
tabernaculum excepto introitu. sed quia duo
cubiti sagorum super sunt cortinis ex utraque
parte dicit eos replicari sub cortina ne vete
intrans inter saga et cortinas totum
conderet opimentum propter quo dictum pu

an sibi copulate tamen anulis et
tegebant
quadram
aut
tabernaculi
vncinis
interno

tant sextum sagum in fronte tecti
duplicites sed etiam sed h speciosa et
preciosa plimum ps interiusta tabnacli
no uidebat nec cortinarum quod circa
tabernaculum defluebat frustra ergo tanti
facta videbant quia circa forte econtra pte cor
tine et saga funibus extendebant circa
tabernaculum et paxillis ereis colligabant
funes quam et paxillos huisse dicit taberce. nota
h ut magister addidisse de suo quam in lra
no est. Infra moysi dicet et inmodum tecti
dependentis circumquaque attollebant.
ut et tabernaculum vndique uideri posset. et
circuiri ab ingredientibus sed cortinis De

Quorum modo h duo pellibus supponits. lxxiiij.
opimenta dispoita fuissent dictiquis
duobus no est quod. Sane cum opimen
tum depellibus arietum rubricatis quam
superiora tm tegentes ad lata no de
scendebant funibus et paxillis ereis
affixis terre circumligate. Certum quod
opimentum in eundem modum suppositum erat
de pellibus arietum iacinctinis suppoita
vero duo erant h ps estiu et imbru diff alibi
fusionem. Multos itaque ut ait Iosephus
stupor habebat a longe inspicientes
nam colorem eius in nullo putabant
differre a celo q figabat pdca. lxix.

In hac dispoitione tabernaculi ps dm et no hoiem
sic disposuisse. quam ut ait Iosephus singla
horum ad formam rerum factam repiet siquis ea
h absque inuidia velit hec considerare addit
n quod soli pontifici puiu erat figurabat
celum deo et anglis attributum. Secundarum
vero quod in duplo erat terram et mare supra et aerem
cunctis gressibilia. sic et illa ps diuis erat
sacerdotibus cortine celum empyreum in quo animalibus
sunt angli. celum sydeum. saga aquas que
sunt super firmamentum. pelles rubricate
celum empyreum iacinctine celum superius in quo sunt angeli
vbi deus super omnia. Tum in uiis coloribus
uelorum dicit Iosephus signi uiis elementa perterra
bissum terram quam de terra est. et primo terram
et uidet colorem ht. per pupuram mare quam
ex conchis marinis tingitur. per iacinctum
aerem. procce igniem quam colore ei similat.
pmesa annu vel tempus per panes xij me

ses per coronam uiis digitorum annum solare
uiis tpm per minorem annu coronam
lunare per vij lucernas candalabri vij
planetas per lxx ptes eius de armonia
planetarum forte quilibet planetarum habet
x dignitates vel potestates quinque
nales et quinque accidentes. In quibus
armonice i. proportionalis se hnt. In eadem
labro no quia que sibi ipsis sunt adipoos te
dunt i. motus naturales et effectus ab
eis hnt. Quod etiam ornatus eius notat
Cifi uasa liquores ampule solum spicenum
lilia aerem qui solus uiciatur odoribus.

nota decem x. in ea consonancia
sine concordia m decam
monia i. consonancia ul
concordia planetarum forte

Precep quoque dns de altari holocaustorum. lxx.
Pfieri altare de lignis sethim alta
re hoc dicebat holocaustis holocau
storum et posset sacrificiorum sed ab igne nomen
accepit. Erat autem in longitudine et la
titudine quinque cubitorum s. quadrum et in
altitudine trium cum tamen unius alto
ad horam ministrationis ad apponebat
in quo staret minister quod impleta mini
stratione tollebat altare n grd hre
alibi phibet. Eratque concauum ad instar ar
che sine opimento parietes lingr sed opti
erant ere intus et extra vt licet vri
non posset sicut ii antico vel lingnum
padi quod licet quod utendo fit nudi area
eius arula erea erat tamque fundus
arche super quam fiebat ignis qui pseuestim
que erat in late orientali imponebat in angulus
in uiis ansulis superioribus erat extra uiis
cortina reticula in quibus uiis cathene an
nulis inserebant de quibus dependens cra
ticula erea in modum rethis facta usque ad me
dium altaris intus descendebat super quam
cremanda in odorem dno ponebant qui
ignis per loculos craticule ascendebat de aru
la consumebat circa ii anglos inferiores.
uiis erant annuli erei. In quibus uectes
imponebant de lignis sethim opti ere
ad deptandum altare de h tm altari et cra
ticula eius ambiguitas est no solum
inter nos verum etiam inter hebreos pre
cipue cum hebraica ueritas a nostra
translacione nichil discrepare uideat. Nos
quidem sic hemus. facies craticlam in modum

Nota. Sub spacio intra(?) [illegible] comprehendit loca occupata a columpnis aliter esset cortina plus quam c cubitorum

rethis eneam per quatuor angulos erunt quatuor annuli erei sub quos pones arulam altaris. Eritque craticula usque ad altaris medium. Hebreus vero sic habet: facies ei [illegible] michar, facturam rethis eream, et facies super rete quatuor annulos ereos et dabis illam infundum ares desubtus eritque rethe usque ad altaris medium. Josephus autem sic: cui suberat craticula in modum rethis facta. Suscipiebat enim terra ignem qui de craticula ferebatur quia bases non erant ei subiecte. Cassiodorus tamen senator in pictura quam fecit cum in expositione psalmorum meminit quatuor pedes in utroque altari fecit. Putaverunt quidam non suppositos carbones craticule assandas sed fuisse quasi vas quadratum in quo sederet altare, cuius paries altitudo altare ambiens usque ad medium altaris elevata esset. In cuius angulis sursum quatuor annuli pendebant per quos vectibus insertis altare ipsi insidens portaretur. Altare enim non legitur alios annulos habuisse, sed ut separata esset hec vas reticulatum ab altari ita ut amoveri posset ab altari cum vellent et superponi an de ipso altari opere fusili ita fabrefactum esset ut quasi appositum videretur ambiguum est. Super arulam vero altaris que in medio eius posita dicitur per fenestram ab oriente struem lignorum inponi, et singulas carnes inponi assandas. Vel non erat ibi arula sed super craticulam supposita fiebat ignis quod non velle Josephus. Superdictis verbis aliis utentes ut opinentur nec fuisse dicunt ipsum habuisse, sed parietes tamen terra impletos. Sed quod dominus dixit altare de terra facietis michi. In eius autem superiori fiebat ignis ubi cremanda inponebant et de craticula altari supposita nos sentimus. Arulam vero super quam legitur posita hebreus arcunculam vocat vel sulcum quod in medio parietum altaris fuisse dicitur usque ad quem locum altitudo craticule pertingebant. De situ altaris et vasis eius.

Positum erat altare ante tabernaculum sed non directe ante introitum sed aliquantulum ad meridiem descendens, ita ut ante ipsum immolantes stantes ad aquilonem intra ipsum tabernaculum usque ad sancta sanctorum inspicere possent, et quod stabant ad aquilonem et non meridiem. Unde legitur eos sacrificasse ad aquilonem, quam ad meridiem. Eratque in usus eius lebetes ad tollendos cineres cum habundabant, et deportandos in locum secretum, et mundos reponebant, et forcipes ad emundandum ignem altaris, et fuscinule quibus extrahere carnes de lebetibus et caldariis cocte carnes proferebant, et batilla que facilla auchendo quibus prunae ab hiis que cremabantur in altare non coquebantur. Omnia vero erea erant. Hebreus sic habet: facies eius ollas et eius palas et eius pelves et eius uncinos et eius ignium receptacula.

Erat autem atrium. De atrio circa tabernaculum.

Erat circa tabernaculum in latere meridiano c. cubitorum, et in aquilone c. In orientali vero l. et totidem in occidentali, et sic quadrum erat, sed in forma altera parte longiori. Erantque in latere australi xx. columpne alte quinque cubitis capita habentes argentea cum celatis cum basibus suis eneis spacio quinque cubitorum inter se distantes, super quas annuli singulis inerant. Protendebanturque funes ab annulis usque ad capita paxillorum qui habebant magnitudinem cubiti et per singulas columpnas intrantes valde fixi ut atrium inmobile custodirent. Cortina vero de bisso mollissima c. cubitorum et v. in altitudine et pro columpnis dependebant de capite usque ad basem diffusam ut nichil a pariete differre videretur, nisi forte parietis in tempore quando vento funibus et paxillis traheretur ut libera tamquam sub tecto populus reciperet. In eundem modum latus aquilonis xx columpnis et cortinam habebant diffusam. Ab occidente vero x. columpne et cortina cubitorum l. atrium cingebant. In ingressu vero ad orientem iii. columpne hinc et tres inde stabant et cortine inter has diffuse nichil a prioribus differentes in quantum ad mensuram vel colorem.

Craticule. Vas. altare. Craticula.

Nota. Erat autem altare illud quod interius dicebatur et erat ad modum istius factum tamen in longitudine et latitudine duorum cubitorum. Craticula vero intus et omnia vasa ipsius pertinentia erant aurea. De quo dubium est utrum in sancta sanctorum vel sanctis esset, sed videtur quod esset intra sancta sanctorum.

Ergo si columpne essent alie quantitatis aut spacia eorum mutabantur similiter aperciones aut ortina aliter angulo in angulum protensa habebit plus quam C cubitos

In medio vero latitudinis eius quatuor e-
rant columpne in modum porticus quibus
appensum erat velum de quatuor precio-
sis coloribus contextum opere plumario
vel ad ingressum vel egressum facili-
le attolli et deponi poterat. Videtur tamen in
longioribus lateribus fuisse columpne .xxi.
inter quas erant .xx. aperture .c. cubitorum
et in duobus minoribus .ix. sed propter angu-
lares que erant duobus lateribus communes .xx. ibi
hic vero .x. Et designavit deus primum
columpnarum numerum intercapedinum habebat quoque
utrumque latus magnum .xx. columpnas
i. xx. intercapedines alia lata .x.
columpnas .i. x intercapedines.

Precepit etiam deus **de lucernis .lxxiii.**
Pofferri oleum olivarum purissimum
piloque contusum hoc nam purius est quam
nuceum. vel lineum vel mirtinum vel
raphaninum. ut semper arderet ex eo lucer-
na in tabernaculo testimonii quam accen-
debat Aaron et filii eius vespere et
usque mane lucebat super candelabrum
vii. lucerne coram domino. In die vero
tres tamen lucebant lucerne. Papirus
erat in eis lampas vero tamen ignem dum
aurea. **De his vestimentis sacerdotum .lxx-iiii.**
tem locutus est dominus ad moysen Applica
fratrem tuum Aaron ad te cum filiis suis
de domo filiorum israhel ut sacerdocio
fungatur michi. facies quoque vestem sanctam
fratri tuo ut sanctificatus michi ministret.
De his sanctis vestibus quamquam confuse agat hystoria
ad eundem congruo ordine prosequimur
iiii erant vestes tam minoribus quibus ca-
naneos vocant quam principi sacerdotum
quas arabarchen appellabant communes et post
illas iiii alie quibus arabarches id est princeps
sacerdotum utebatur quibus sed ordinem
hunc induebat. Primo sacerdos induebat manathasim
quod confusorum sonat quod greci brache latine
feminalia dicunt pretereaque de bisso retorta con-
textum ingredientibus per pedibus
ascendebat usque ad lumbos ibique for-
titer stringebat et usque ad genua tamen
descendebat. Nec tamen pontifex qui iugem
xx hic sagandum scandalis pedes tegit. ac si
dicat ei qui lotus est non indiget nisi
ut pedes lavet. Secundo bissina syndone
dupplici vestiebatur quod techonomer id est lineum
dicebat quam nos lineam strictam sive cami-
siam dicimus vel subuculam quam moyses aba-
neth appellavit sed postea a babiloniis
discentes ebrei emissaneam dixerunt. Est
autem descendens usque ad talos et decen-
ter corpori coaptata sed manicis brachiis
valde constringens vestiebatur hinc inde super
humeros capiciumque stringentibus. Hanc stringe-
bat balteo lato .iiii. digitis unus sic texto
tulato ut quasi pellis viperea quam estate exuit
videretur contexto floribus coccineis purpureis
et iacinctinis stamine vero bissino tantum erat
sumens inicium cingendi a pectore circuibat
latibus iterum ante ad umbilicum redibat
ibique modeste stringebat et usque ad tibias
dependebat ad decorem dum sacerdos
nichil operabatur. Cum autem sacrificabat
ne impediret pendentes summitates super
levum humerum reflectebat. Unde et forte
dyaconi nunc casulam replicatam eidem humero
superponunt. Iiiio simplicem tyaram ge-
stabat in capite tyara pontificali
plurimum differentem. Erat autem in modum
pilei calamaucum damaneus est pileum cal-
sus vel cassidis modice medietatem
verticis excedens dicebatque manephe-
thus vittas que involute sepius necte-
bantur ne facile laberetur hunc desuper ad
velamen bissinum usque ad inferiora bar-
be descendens celans pillei ligaturas
et totam capitis superficiem aptatumque
posterius ne laborante rueret sacerdote. **De**
Super has iiii vestibus **pontificalibus indumentis**
induebat arabarches quas postea tunica **.lxxv.**
erat iacinctina poderis vel ypodicis
dea id est talaris quam hebreus methim dicit. Et
ratque de duabus incisionibus facta consuta
super humeros et plata in modum dalmatice
facta manicas eiusdem coloris assutas habens
capicium habens non extra sed retro super scapu-
las sed in longum scissionem habebat a pectore
usque ad medias scapulas cum aperture
ne animeritor turpiter appereret assuta
et recto

De lapidibus preciosissimis omnium et maxime auree colorum chrysopassion quasi chrysopadon i. auri color qui rubre terre similis et vulgo dicitur ... qui nocte dicitur lucere et ... se posita ... auream ... similis ... phantasmati ... achates ... et invenitur in venis ... ab agathe flumine ... Sicilie ubi invenitur coloris nigri fert ... am=

erat tunica que super scapulas hinc inde vasculis astringebat. Habebat autem per fimbrias lxxii tintinabula aurea quibus erant inmixti totidem vasculi quasi mala punica et ex iacincto et purpura et cocco bis tincto ita ut post tintinabulum et malum granatum quasi interscalari modo posita. Ut audiretur sonitus cum sacerdos ingrederetur et egrederetur sanctuarium et non moreretur. Super hanc tunicam nec velle rese attingi pontificem cingulo predicto quo alii sacerdotes super lineam tunicam. Alii videntur ipsum attingi dicunt sed super ephot ut super omnia indumenta ad ultimum cingeretur. Fuit qui diceret duas zonas habuisse pontificem primam ad modum sacerdotum secundam super ephot que due pariter tamen habebantur in cincto. Sexta erat vestis ephot silis super humerale genere de predictis iiii coloribus auroque contextum sine manicis ad modum colobii descendens usque ad renes adeo ut supercingi posset superiorem partem tunice iacinctine tegens inferiorem partem relinquens intacta. hore vero latieno limis et annulis aureis iungebantur. aptatam habens in pectore quadratam ad modum palmi in qua logion inserebatur. In cuius parte superiori super utrumque humerum infibulati erant auro duo lapides onichini sardonices secundum Josephum. In quibus erant sculpta nomina xii filiorum Israel principalibus literis lingua hebrea iuxta ordinem natis eorum. Sex nomina seniorum in humero dextro et sex minorum in sinistro ob recordacionem filiorum Israel. Habebat autem capicium extransuiso super humeros forti bissinis contextum quod legitur Samuelem et David indutos. Ephot autem erat et superhumerale dicebatur et erat lineum istud vero mira pulchritudine erat variatum. Tercium erat ornamentum quod dicebatur ellin grece logion latinus racionale dicitur quadrangulum et duplex ne pondere gemmarum rumperetur mensura palmi habens aperturam super humeralis implere sufficiens. Ex predictis iiii coloribus et auro contextum eodem scemate quo et

super humerale. Erat autem in eo xii lapides auro finiter inclusi per iiii ordines terni in singulis. In primo ordine sardius topasius smaragdus. In secundo carbunculus zaphirus jaspis. In tercio ligurius achates ametistus. In iiii crisolitus onichinus berillus. In quibus erant sculpta nomina xii filiorum Israel iuxta ordinem natis sue singula in singulis ut gestaret sacerdos memoriale filiorum Israhel et filiis Israel in humeris et pectore ob recordacionem tribuum quorum unius propter esset memor. Ipse vero duorum id est ut prior videns nomina patrum suorum satageret ne a virtute eorum degeneraret. Sacerdos vero vitam et fidem patriarcharum meminisset imitari. Meminissetque pro eis patribus orti sacrificiis et oracionibus deo commendare. Appellabatur etiam racionale iudicii quia scripta erant in eo hec duo nomina iudicium et veritas vel doctrina et veritas. Sane ubi nos habemus pones in racionali iudicii iudicium et veritatem. Hebreus habet purim et ruphim. Unde etiam sortes in quibus iudicium veritatis solet inquiri purim dicuntur. Tradunt autem in medio racionali fuisse lapidem ... quadratum magnitudinis digitorum ... sed coloris mutacionem portendebat ut deum ... placatum haberent an offensum. Josephus dicit sardonicem dextro humero gerebat cum sacrificium sacerdotis deo placebat tanto splendore micare quod etiam procul positis radiis eius apparet. Egressuris vero ad prelium si deus eis esset tantus fulgor in lapidibus racionalis apparebat ut omni fieret multitudini manifestum eorum auxilio deum adesse et ob hoc racionale iudicii nuncupatur. Asserit autem Josephus hunc fulgorem sardonicis et racionalis cessasse annis cc antequam ipse scripsisset. Hec cum deus moleste transgressionem legem ferret. Erant etiam in iiii summitatibus racionalis iiii anuli aurei. Et duobus supremis inserte erant due cathene aure sibi invicem coherentes id est obligate in modum catene in medio sibi coniuncte vel post scuram exprimit cathene

In scalario lectulo dicitur tempore ...

Secundum Josephum sex seniorum ...

Sidus in superficie ... onyx ... lingua latina ... onychinus quasi ... ungulis ... colorem purpureum vel violaceum coloris. aquatici coloris. Exod. qui non potest sculpi ut dicit ... [marginal note, partly illegible]

in qua macule maculis coherent / pro quo hebreus habet plexas ope plexo. Josephus dicit fistulas venientes ex caldeo sonat trinitas, i. ad quantitatem spacii in quo protendebantur vel ... que sursum ferebantur usque ad scapulas pontificis super quas inferebantur duobus uncinis aureis super humerali sic muter insertis. duobus vero inferioribus annulis assute erant due uitte iacintine que circa lata ducte duobus annulis aureis inter scapulas inserebantur. quibus sub utroque sardonice in ephot fixi sta stabant ut utraque ligatura ephot et logion super iuncturam firmiter tene rent. Super hoc dicit Josephus zonam ex iisdem coloribus ex auro textam ex utroque latere circumductam et iterum reuolutam ante pectus. In utraque summitate infra pendentem ex aureis fistulis fimbrias miro colore compositas omnis.

Ultimum erat capitis d[e] thyara pontificis ornamentum. quod dicitur tyara vel mitra vel infula dici potest. Specialiter vero cydaris. Erat tyara ad modum predicte facta que communis erat sacerdoti bus. Super quam consuta erat alia tota iacintina que circumdabat auro circulo tribus ordinibus facto. super quam ab occipite stabant flores aurei plantagini similes atque in tempus. a fronte vero super stabat flos aureus similis herbe quam greci vocant uel dicunt iusquiamum magnitudine digiti unius. In superiori vero planitie tyare ex omni parte in circuitu usque ad summitatem eius que in acutissimum deficiebant. Circuitu particulatim plicata erant aurea mala granata cum spinosis extremitatibus suis fabrefacta. Super frontem vero pendebat lamina aurea quam petalum dicunt ad modum lune dimidie facta que arcuationem superius habens et in medio annulum aureum unico auro inserebatur. quam tyare infixus erat in qua scriptum erat ... adonay, i. sanctum nomen dei. scilicet tetragramaton quod ineffabile dicitur

non quia dici non possit. sed quia rem ineffabilem significat. quod his literis scribitur he ioth het ... quod sonat principium vite passionis iste quod passionem huius sacerdotis prefigurabat hic sacerdos vita in adam perdita. Hec vero cum commouetur pontifex ... et lamina facta super ... ligabatur uitta iacintina perpetua celante unum et annulum que circumducta capiti et ligata in occipite dependentes summitates super humerum usque diffundebat. De typo vestium. lxxiii.

Hys vestibus ornatus pontifex ymaginem totius orbis super se preferebat. feminalia .n. linea facta quibus bissina erant terram figurabant. baltheus vero quod significabant circumuo lucem occeanum significabant. tunica iacintina suo colore aera preferebat per tintinabula sonitus tonitruum per malogranata coruscationes significabant. Ephot vero sui varietate celum sydereum quod auri coloribus intextum erat significabat. quia color naturalis penetrat universa. duo sardonices solem et lunam vel duo emisperia. xii. gemme pectorales xii. signa in zodiaco. pulchre quod in medio erat appellabatur rationale. quoniam decet omnia ista sunt rationabiliter in cuncta sunt plena. et terrena adherent celestibus. Immo ... et temperatura caloris et frigoris et dicit in multis speciebus de celi cursu et rore descendit. cydaris celum empireum. lamina supposita deum omnibus presidentem. De altaris ... loco ei. lxxiiii.

Post vestium compositionem locutus est dominus ad moysen de modo consecrationis aaron et filiorum eius. quod usque ad consecrationem tabernaculi distulimus. de altari aureo prosequentes. Factum est hoc altare de lignis sethim. habens cubitum longitudinis. et alterum latitudinis, i. quadrum et duos cubitos in altitudine vestitumque erat auro purissimo cornua habens et craticulam auream et cathenas et annulos et uectes aureos in ...poris. Utrum autem aculam habeat an in circa excipit ambiguum est

Venditi. quia vendicione moysi vendixit non sedit. Ecclesia vocatur hic in no. q. et p. 2 f. vel alia ab eo vendicavit in cuius honore consecratur vel alia

Iose. addit quod per singulos angulos .iiii.
coronas habebat ex auro purissimo et quod significatur
forte dictum est. itaque facies ei coronam
auream per gyrum. hoc altare dicebatur incensi
vel tymiamatis quia singulis diebus
mane et vespere ad consumandum iugem sa
crificium super id incendebatur tymiama
sanctificatum domino. Fuerunt tamen qui dicerent ma
nu solum incensum. i. thus suscipi. Vel
pre vero pro dignitate sacrificii vel optimi ty
miamatis ponebatur. Certum utrum hoc alta
re esset inter sancta sanctorum an in sanctuario cum
candelabro et mensa sicut videntur dubi
tare. nec est putandum indubium vetusse
quin esset in sanctuario cum hebreus hoc dicat
et Iosephus plane post tabernaculi facta a moyse
inveniunt nisi quod paulus ad hebreos thuribulum
aureum ponit inter sancta sanctorum. potuit sane
esse quod in templo ubi omnia ampliata e
rant et multiplicata preter altare aureum
quod erat extra velum ad quod bis in die necesse
erat ingredi erat super additum thuribulum
in adito in quo summus sacerdos prunas
et tymiama que secum ferebat attollerat
[illegible] quando ad interiora
pertingebat ipsum penetrare. De compositione thy
miamatis. lxxx.

De compositione vero tymiamatis sic locutus est dominus ad moysen
dicens. Sume tibi aromata stacten
et onycha galbanum boni odoris et thus
lucidissimum equalis ponderis erunt omnia
et in tenuissimum pulverem contundes omnia.
onica fertur esse ostreola parvula suave
redolens et est magnitudine humani unguis
Unde et onica dicitur quia onix grece unguis
dicitur. stacte est gummi quod fluit de mirra
quod et mirra dicitur. galbanum vero quod succus
dicitur ferule et nascitur in syria optimum
cartilagiosum et minus lignosum. cuius
odore fugantur serpentes. ferula herba est
feniculo in gargano nascitur cuius suc
cus illinitur. thus vero lucidissimum optimum
quod masculum dicitur quia ad instar huma
ni testiculi rotundum est. dicitur et libanum a
libano monte arabie in quo nascitur ar
bor thuris ad dantis similitudinem perplexo
quod in torto femine. Erat ... plus

fiebat tymiamatis sicut perhibuit dominus ta
lem fieri compositionem in usus hominum quod
siquis similem faceret ut odore eius frue
retur peribit de populis suis. Inde est quod odor thuris
benedicti non datur in ecclesia sponso et sponse
inde quod ablato thure benedicto super al
tare si descendat thuribulum ad clericos in
choro vel ad laycos aliud thus sine benedic
tione apponendum est et hominibus offerendum.

De unguento etiam scientie de confectione sic unctionis. lxxx.
Unguentum etiam scientie de confectione sic vitionis de
moysi fiebat aromatibus. aroma
vero dicitur quasi pigmentum quod odore
suo aera inficit. quasi aeroma. Sume
bant quidem liquidi ugliton .p. i. pre
mirre et est mirra arbor que grece
smirna dicitur .v. cubitorum est in arabia
cuius virgulta arabes exurunt ut pullulent
melius et fructificent. Ex quorum odore in
tollerabiles contrahunt morbos nisi fumo
storacis occurrerent. cynamomi et .l. siclii
et calami totidem. cassie vero quingen
ti et est cynamomum unguentum in india vel
ethyopie duorum cubitorum dictum quasi cyamomum
quia in modum canne frutex sotiles habet
calamos et replicatos qui fracti spi
ramentum visibile reddunt. calamus
vero species est aromatica et crescit iuxta
lybanum. Cassia magis nasa crescit
immensum odorem reddit. hec redactam
in pulverem cum oleo olivarum mensura hin
conficiebat opere ungentarii et dicebat
scientie unctionis oleum vel unguentum scien
de cuius usu in loco suo dicemus. Iose
balsamum apponi dicitur. De labio eneo. lxxxi.

Locutus est item dominus ad moysen. Facies
et labium eneum cum basi sua. i. vas
lavatorium quod etiam lutum dicitur. quod
erat inter tabernaculum et altare ho
locaustorum in quo missa aqua lavabant
sacerdotes manus suas et pedes quando
vestes sanctas accepti erant ut sacrifi
carent. Similiter ingressuri tabernaculum
forte de sedibus speculorum eneis factum erat
vel pro eo quod in circuitu labii supremi
circumposita fuerunt specula in quibus sacer
dos videre posset si quispiam vel infa
cie vel in veste maculam haberet ab

Cartilago est quoddam membrum ideo durius carne et ideo mollius osse. et certe sine osse. ut pro cartilago est auris et tenerum narium.

et egressi quod desederent de speculis excubias in inguine vindicti.

Unguent
nydoe
fetore ex
Hinc
docent
magistri
adiecit
dicunt

De redemptione numeratorum. lxxiii.

Iterum dixit Dominus ad Moysen: Dabit unusquisque pretium pro anima sua, ne sit in eis plaga, dimidium sicli iuxta mensuram sanctuarii. Siclus xx. obolos habet. A xx. annis et supra dabunt ab eo, enim tempore ad nomina familie tribuebant. Dives enim non addet et pauper nichil minuet. Et hec pecunia reponebatur ad usum ... in quo vindicatum est. Qualiter fecit quam Deus iusserat.

De electione artificum et dono tabularum. lxxiiii.

Vocavit Dominus etiam ex nomine, id est notatione, elegit huius operis summos artifices Beseleel filium Huri de tribu Iuda et Hooliab socium eius filium Achisamech de tribu Dan, quos implevit spiritu Dei, id est scientia ad excogitandum omnium opere fabrefaciendo. Completisque sermonibus his dedit Moysi duas tabulas lapideas scriptas digito Dei.

De vitulo conflatili. lxxv.

quia solebant cum puer erat per artificium quedam splene eius extrahere ne impediret cum emissarius duceret id est cursum quia de splene homines et de risu nascatur de peccato que est peccatum

et offerebat arietem in holocaustum
et adipes vituli et hyrci pro pecca-
toribus cum renunculis. In hunc modum
pontifex ewangelicus in aspersione ba-
silice quam dedicat, qui in expiatione li-
neis et mundis utitur indumentis et
etiam in sabbato baptismali in consecra-
tione fontium et in inmersione cathe-
cuminorum, vel ut transferunt peccata consili-
bus utitur indumentis. Cum autem
hys peractis ad ministrationem accedit
altaris pontificalibus et preciosis ve-
stibus infulatur. Vitulum autem et hyr-
cum de quorum sanguine facta est expiatio
ferebant extra castra et combure-
bant igni tam pelles quam carnes eorum
et fimum proiciebatque sacerdos in ig-
nem qui illa cremabat mutatis postea ve-
stibus et prius resumptis lignum ce-
drinum, ysopum et coccum bistinctum,
que hic purificationibus valebant et tunc
rediens lotis vestibus et carne suas
ingrediebatur castra et inmundus erat
usque ad vesperam. Sed et tercius
sacerdos qui colligebat cineres re-
servandos ad aquam aspersionis non ni-
si lotus intrabat castra et erat inmundus
usque ad vesperum. Ex hys cineribus
fiebat aqua aspersionis qua per totum
annum purificabant inmundos. Unde
difficile est invenire cum hic cinis fie-
ret ad purificandos inmundos cur
illi qui eum tractabant ut dictum est
inmundi erant cum etiam dominus hic sermo-
[sanctissimum] [relionem] [iccirco] appella-
ret sicut qui capram dimiserat in
desertum similiter inmundus erat. De quo tamen
facile erat est invenire racionem et
est quia similiter hos cineres fecerunt annua-
tim ut modo fit crisma. Quidam tamen
hebrei dicunt eos valuisse et durasse
per plures annos nec factos nisi cum deficie-
bat.

xvi Hys cineribus purificabant inmun-
dos in hunc modum. Si quis tange-
bat cadaver hominis mortuum

tabernaculum vel agro occisi aut ipse mortuus
aut sepulchrum eius inmundus erat
vii. diebus. Tabernaculum in quo mortuus est
homo et universa que ibi erant vasa
vasa inmunda erant vii. diebus. Tol-
lebatque inmundus cineres conbustionis
mittens quoque super eas aquas vivas tinge-
bat ex eis ysopum et aspergebat ex
eo die iii.° et vii.° tentorium et omnem
supellectilem et homines huius contagio-
ne pollutos et lotis vestibus et corpore
et tunc mundi erant. Si die tercio
non fuerit aspersus inmundus
die vii. non mundabatur. Si quis autem
non sic expiabatur peribat de medio ecclesie
quia polluebat sanctuarium et anima eius
peribat de israhel quia peccabat et arce-
batur ab ingressu loci sancti. Sed et ille
qui aspergebat inmundos aqua huius quia
tetigerat cineres lavabat vestimen-
ta sua et erat inmundus usque ad ves-
perum. De inmundiciis quibus inmundus
erat homo per diem tantum ut pollutio-
nem nocturnam hys cineribus
expiatum sed ad mundum de inmun-
dicia tali vii dierum quia a die tercio
et vii.° facienda erat expiatio ta-
lis. De expiationibus que fiebant cum
muneribus oblatis ut supra de le-
proso dictum est et super de [spermatico]
viro et muliere sanguinaria quia legitur
eos mundare vii dies et vii purificati
credimus die tercio et vii hys aquis
expiatos.

Tradidit etiam dominus filiis israhel xvii
in multitudine preceptorum recta
planda predicta et super adden-
do nova de quibus non nisi illa perstrinxi-
mus que ad intelligentiam legis sacre scrip-
ture sunt necessaria. Sane prohibuit
dominus ne homo ad domesticam sue carnis
accederet, ne revelaret turpitu-
dinem eius id est discooperiret et intraret
pudenda eius. In primo quidem parentum
coniugio propter hominum raritatem solummodo
exclusit duas personas a coniugio dicens.

pr hi reliquit ho prem et mrem. i. non
filius mri nec pri filia copuletur.
Sub lege vero psones excepit que
sunt fere xii mater nouerca, so
ror nepotis amita matertera uxor
pri uxor fris sed hec determinacoem
recepit, priuig filia priuigni vel
priuigne soror vxoris pauetas tamen
excludit. ut multiplicarent hoies
et replerent terram. Sub gratia
excluduntur plures continencia loc
ht et est hec prohicio duarum a forni
catone cuius omis mlr excluditur.

Coitum quoque cathalogum criminum preceptorum
cum masculis et iumentis sub omnia xxiiii.
cone mortis prohibuit ne etiam
colligerent spicas vel racemos re
manentes, nec gna decidencia sed
relinqunt eas pauperibus terre nec op
mercenarii retinere usque mane
n actipe ps. Digere ait sicut se
prinsit lex xpi pont. Sompnia augu
ria diuinaciones obseruari prohibuit
non agrum seri diuerso semine nec
iumenta diuersi generis coire non
veste ex duobus texta indui nec co
mam in rotundum tonderi non barbam
radi nec carnes suas super mortuo
incidi nec figuras aliquas nec stigma
tanniturne sua fieri. In quibus et
similibus ad litteram sunt intelligendum
est sed ritum gencium et maxime e
gyptiorum quibus habitauerant. Nam
et dd legitur mulam hircus super quem
positus est salon et delatus ad fon
tem gyon ad iungendum i. dos ~~omitigenea~~
venerans monstra deorum in honorem
diuersorum deorum quos putabant talibus
preesse. Diuersa scia magi di
uersas materias in ueste sociabant
diuersos etiam rythmos capitis
diuersis diis sacrificabant. Unde
et in pn horum preceptorum dixit dominus
iuxta consuetudinem terre egypti in
qua habitastis non facietis. Iuxta mo
rem regionis ad quam introducam

vos non agetis. Addidit etiam et
speciale preceptum cum intrarent pro
missionis vt aufferret preputia pre
mitam arborum quas plantauerat. quod quidam
exponens sic dicit poma que germi
nant inmunda erunt et erunt vobis
hic tamen non est in hebreo et uidetur uelle
quod fructus per trium annorum inmundus
esset et abiciendus fructus. iiii anni
sit domino et diuinis pauperibus. Sed in
quinto anno et deinceps domini esset
et esibiles. De tribus generibus panum. xxvi.

Adeuidenciam quoque eorum que
hic in leuitico dicuntur sciendum sacer
dotes hirsutes tria genera panis
panes sacerdotales, s. leuiticos et
laycos. Sacerdotales panes erant
pponis qui de publico sumptu fiebant
quos non licebat edere nisi solis sacer
dotibus. panes leuitici qui et offerto
rii dicuntur quibus soli de genere leui ue
scebantur etiam qui propter maculam non
poterant ministrare et filia familias si
non vxorata uel uidua vel repudia
ta sine liberis rediret ad domum patris sui ut
esset sicut filia familias. hiis non uesce
batur aduena inquilinus mercenarius
sacerdotis. Una tamen uel empticius proprius
vesci poterant. Laici i. comunes quibus quilibet
poterat uesci. De simonia sacerdotum. xxvi.

De simonia sacerdotum agens dominus
primo de minoribus sacerdotibus
tradidit ne contaminarent in mortibus
ciuium suorum non etiam principis populi nisi
tamen super matre et patre et filio et filia fratre
et sorore uirgine ne s. lauarent uel
sepelirent vel plagendo tangerent mor
tuos alios. Nec tamen aliis prohibitas in
dixit uxores sed nec hic concubinas,
nec in vxorem ducere scortum nec cap
tam nec ancillam nec uiduam aut
repudiatam nec eas que de caupo
nibus et paudocibus i. apothecis uenalibus uitam
agunt. pontificem ad nullum omnino mor
tuum ingredi uoluit. Unde et dominus precepit
nullis exequiis interesse. nec uxorem ducere

Marginalia (left): uxor; moy; i. indicas; si inueniente; prept; iungentia
Marginalia (right): transi; idest; i. que sunt sapore grauis uel acidias; xix; finis; qui alienas domos inhitat.; i. cellaris; sed capitulum; xxi
Below text: obsecans

nō Iubileū in quo possessiones distracte possessori reditione et debiti remissione operum quiete et servorum manumissione

nisi uirginem, et tm̄, de ppl'o suo. Sed nec p̲rochia dn̄i pape, muros urb extēdit. In d̄ue uero precepit, ne sacerdos, in dieb' uicis sue, cum ministrare deberet, vinū biberet, aut omne, qd' inebriare potest, ut sciret discernere int' scm̄ et p̲phanum mund'm et inmundū, et doceret filios isrl', legittima terre obseruare, q' locut' erat dn̄s, et ne sacerdos, dū q̄uis in mund' esset, accederet etiā ad tangenda ea, que offerebāt filii isrl'. p̲z, qd' sacerdos ewangelic', qui cottidie, ministrat assiduā dz h're mundiciam. Addid' quoqz do's, de sollempnitatib' legalibus, sed qr, quoqz plenius de eis in lib' numeri, diffinit, et nos ibidem p̲ sequimur. De pena blasphemie. xxvii.

Ecce aut, ingressus fuit fili', mulieris isrl'itidis q' p̲pat, de uiro egypcio, int' grat' cē̄, cū uiro israhelita, blasphemauit, nomē dei, isrl', maledicens ei, quē moyses, recludit in carcerē, donec sup h' consuluisset do'm. Q' ait ad moy, qui maledixerit do suo, omēs qui audierint, manus sup cap̄ eius ponent. q̄ cōtra ip̄m testificantes et educt'm extra castr', lapidab't eum, omis multi', siue ciuis fuerit, siue aduena. De talione

Sub intulit quoqz do's. leg. xxviii. de talione. ut qui lederet hominē, in eundem mod'm, lederet, quo leserat eum, ut s'. aīam pro aīa, oculum pro oculo, dentē p̲ dente, fracturā pro fractura. liuorem p̲ liuore, adustionē p̲ adustione. Nō q' talio nō erat in iniuriis r'r, sed tm̄ in lesione corp̲m, q' furta restituebant', vel dupplū, vel quadruplum. Determinabatq; talio, per necessitem, ut ledens uir'm mulierem in illib' puniebat' mañ, quia uirilia nō h't. Et uir ledens inpregnātem, ut fecerat abort'm, uōd', animatū

reddet

nō Talio de quedam ... (marginal note, partly illegible)

multiplicabat' pecunia. In cetum: añ, utr'm talio, extenderet usqz ad uindictem, uel cita iniuriat'm, tn̄ h'ret loc'm. Qui uero iniuriat', sine iudice, posset ulcisci forte, in h'ei pōt, qd' ad ciuitatē refugii, refugiebat homicida volens, ut nō interficeret a p̲p̲ris occisi. xxv

De obseruatione iubilei. xxix.

Addidit quoqz do's, de ob' qui eb'do'darū annorū sequebat', ad cuius p̄ significationem. vii. annis precedentib', ut tradunt quidam, in singulis neomeniis, clangerent tubis et. vii. dieb' continuis, ante ip'm sollempnizabant, clangentes tubis. In libro numeri, tn̄ legitur, qd' clangerent, mense septimo decimo die, in uniuersa terra. In h' anno, oēs districtiones r'r, ad pristinos redibāt possessores, preter domos que erāt in urbib' muratis, q's tm̄ p̲rimo āno uendicionis, venditor' redimere licebat, exceptis domib' leuitarū, q' in q'z essent loco, in iubileo redibant. eodē anno requiescebat terra, debita remittebant'. Eodē'm anno, hebrei suos liberi, remittebant'. Et cā licent eēt cōtibles, tn̄ uoluit eos do's, seruituti stemate castigare, p̲p transgressiones leg'm. Iose d't, q' in iubileo cōueniebāt venditor agri, et emptor, et reputantes fruct' et expensas in agr'm fc̄as, fructib' exuberasse cōputis, uenditor recipiebat agr'm. si uero expense, trascenderent, h' qd' erat, recipiebat emtor, et a possessione discedebat. hāc cōputacōnem, tn̄ fieri, infra annū iubileum, et nō in p̲p̲o. si uellet, p' reuocare qd' vendidit. Et cā leuitica, uelle n're, cum iux' numer'm annorū, usqz ad iubileum, maiori minori p̲cio iubeat, agrum vendi, ne venditor g'uaret', si modico uenderet, et plimi anni sup essent, usqz dum reciperet, qd' uendiderat, et ne g'uaret' emptor, si multo emeat, qd' in proximo amisi

Septies. vii. ānos. s. ann. xlviii. iubalinetās

Fructo iubilei qui septimus

venditur

sumus erat. Determinata quoque
computatione fructuum et expensarum
infra iubileum addidit quod si uendi
tor quod super erit expensarum reddere
non poterat, haberet emptor agrum usque
ad iubileum. In quo enim omnis uendi
tio redibat ad pristinum possessorem
terram autem sic uoluit uendi ab eis
sub conditione recipiendi quia sua erat
non ipsorum. Alienigenos seruos tamen uoluit
habere et eos in perpetuum possidere.

Talium preceptorum xxiii.
obseruatoribus promisit deus be
nedictiones suas dicens. Dabo
uobis pluuias temporibus suis et cetera. xxx
clausule promissionum inueniuntur.
transgressoribus autem longe plures in
geminat maledictiones. De decimis

In decimatione aliarum et uotiuis xxiiii.
quod Christi ueniebat uel nascendo uel nu
merando sanctificabat domino nec muta
ri licebat in melius uel deterius.
Sed aliquid quod mouebat domino non licebat
immutari. Siquis quod uouerat immuta
ret et uotum et inmutatum erat domini
sed distinguendum erat inter hec nomina
uota. Aliud enim sic uouebatur quod sanctifica
bat domino quod anathematizabatur
illud autem non poterat uendi a sacer
dotibus uel alienari. Quedam non sic
obligabantur uota sed poterant a
sacerdotibus uendi, dedicato precio
sed utilitatem que ex eis poterat
prouenire, sicut animal esset sicut fundus qui
tamen uoto dederat si nolebat idem eme
re extimationem pro quam alii daretur addi
deret quintam eius partem. Quod ideo statu
tum est ne qui uouerat aspiraret
quando prima duceret ne etiam dignio
rem aliis se estimaret in emptione
eiusdem rei quia eam dederat.

Quarta huius
hystorie distinctio hebraice
dicitur uaiedaber quod sonat et
locutus est apud nos tamen et non habetur
nomen grecum non habemus in scriptis
meris nam grece arethmoi dicitur latine numeri
est. liber numerorum uel numeri. Vel dicitur numeri per ex
cellentiam unde et dici solet et legitur hymnus
numeris. Merito autem hoc nomine censetur
quia numeri hic principaliter numerantur
deo primo filii Israel apti ad arma feren
da progeniti leuite qui etiam bis nu
merantur mansiones per quas profecti sunt
sed nec mulieres nec minores xx. annorum
nec uulgus promiscuum nec debiles ad bel
la numerantur ad hanc partem hystorie
sic transit. Postquam moyses precedentem histo
riam legum scripsit sub sina monte mora
retur a domino cognouit et hebreis scripta
tradidit. Cumque cetera legis rationes hec
que sufficere putaret ad exercitium
uite militaris conuersus est nume
rauit primo capita pugnare ualentium
Moyses dicit dominum super hoc sibi locutum fu
isse dicens. Locutus est dominus ad moy
sen in deserto synai in tabernaculo
federis prima die mensis secundi anno
secundo egressionis ab egipto. Et nota
quod premittit hic quedam que facta
fuerunt in primo mense anni secundi scilicet
oblationem xii. principum quas fecerunt singuli
singulis diebus in dedicatione taberna
culi et sollempnitatem pasche que
primo nomine dicitur pascha in deserto et
forte sanctificatione leuitarum de hiis
tamen infra aget per recapitulationem

Prosequentes ergo ordinem libri dicimus
quod moyses et aaron et xii. principes tri
buum ex precepto domini secundo mense secundi
die prima mensis numeratione uirorum
preter tribum leui a xx. anno et supra
sicut certum numerum ponit scilicet usque a l.
annum et numerati per generationes
et familias et domos et nomina et capi
ta singulorum hic autem v. ad multiplicationem
tamen quedam apposita tradunt et hic
et in Iosue. Sed congrue distingui
possunt familias cognationes uocat hic
xii. tribus que ex filiis patriar
charum post descenderunt. Verbi
gratia in una tribu leui fuerunt tres

familie. kaatite. gersonite. merarite
vnaqueque familia multas habebat do
mos in quibus p̄p̄ patres familias erant
quod addens noīa et capita in transitu le
gendum est .i. capita nomina .s. singuli ho
mines in eadem domo fuerunt aut
in summa sexcenta tria milia et quinque
genta.

Precepit etiam dominus vt supponere
tur tabern. in medio castrorum et
filii israhel per gyrum excubarent
per turmas et cuneos quod pro eodem h
accipitur turma .n. proprie .xxx. militum
est et dicitur cuneus. q. coartatio multitu
dinis excubare etiam large h accipit.
Excubie .n. proprie diei sunt uigilie noctis. Cum
tue tribus uel .iiij.or partes tabernaculi
ita tamen remoti ut maximas in medio
plateas haberent erat que ornatus .q. forum
rerum venalium singulis in ordine constitu
tis opifices etiam artium in stationibus
suis erant ita ut urbi competenter e
dificate castra eorum simillima viderent.
Iudas scilicet ysachar et zabulon castra
metabant ad orientem. Ruben sy
meon et gad ad meridiem. Effraim
beniamin et manasses ad occidentem.
Dan aser et neptalim ad aquilonem.
Inter tabern. vero et castra excuba
bant leuite in tabernaculis suis.
propinquiores tamen tabernaculo quam ca
stris. et excubabant similiter per .iiij.or
plagas. Moyses et aaron cum suis ad
orientem reliqui ab hys scilicet caahatite ad
meridiem sub custodia eleazari filii
aaron. gersonite ad occidentem.
Merarite ad septemtrionem et e
rat uterque sub custodia ythamar.

Separauit sibi dominus
tribum leui pro primogenitis
que tunc habebant iumenta le
uitarum pro primogenitis iumentorum quasi commuta
tionem faciens cum prius primoge
nita .n. de te spāle erat sua quo tum
occideret primogenita egypti pepercit
primogenitis eorum reseruans ea sibi

deinceps tamen post id ipsum de primogenita
eorum sanctificauit sibi in perpetuum et maxime
quia primitie quorumlibet fructuum debebant
bant domino pro hys ergo primogenitis
que tunc habebant tribus tulit sibi le
ui et iumenta et post israeliticus semper
dicebat eos leuitas primogenita illa
habuit pro leuitis et iumentis eorum et
ne duodenarius numerus tribuum mi
nueretur tribus manasses cum leuitis insti
tuit effraim vero pro ioseph ne autem
maior uideretur numerus leuitarum
quam primogenitorum et ita esset in equa
commutatio. Ait dominus ad moysen. Numera
filios leui masculos ab uno mense et
supra et cum numerati essent inuen
ti sunt .xxij. milia qui habebant e
tatem vnius mensis. Non tamen si dili
genter attendas in libro numeri
per eorum familias inuenies .xxij. milia et
.ccc. Dicit hebreus quia .ccc. pri
mogeniti in eis erant et ita iam e
rant domini. Item ait dominus ad moysen.
Numera primogenitos masculos
per omnes tribus masculos a mense vno
et supra et inuenti sunt .xxij. milia .cc.
.lxxiij. Tulit autem moyses in precio
.cc.et .lxxiij. qui supra erant per singula
capita .v. siclos ad mensuram sanctua
rii. et dedit eos aaron et filiis suis
iuxta verbum domini
Item que dominus ait ad
moy. Numera leuitas a .xxx. anno
usque ad .l. vt seruiant michi in duobus
hys in tabernaculo portando et collo
cando enumerati in sedendo et cum
numerati essent inuenti sunt .viij.
milia .d.lxxx. .lxx. tamen dicunt .xxv. quem
numerum annorum in ordinatione sa
cerdotum etiam nos obseruamus.
Isti deferebant tabernaculum in hunc
modum quia non licebat ea que erant
ultra uelum nuda uideri primo in
trabant sacerdotes et inuoluebant
archam propiciatorium et cherubim
post uelo quod ante appendebat et post

Tunc intrantes kahathite sorte sanctuarii omnia hec involuta deferebant et altare holocausti simul cum utensilibus suis ut quibusdam videtur. Num

pallio iacinctino etiam candela
brum aureum altare et mensa
cum utensilibus suis ut quibusdam [vasis quibus utebant]
ut. Gersonite ut ut dicamus de
ponentes tabernaculi tectum mol
lia ferebant in curribus cortinas
saga pelles rubricatas et iacinc
tinas tentorium quod erat ante ta
bernaculum cortinas atrii et funes et
vasa ministerii que ad altare eneum
pertinebant. De altari atrii potest tunc
dici quia vasa eius ferebant ger
sonite ut in libro habetur. Ipsum alta
re cahatice propriis humeris ferebant
Merarite ut ut dicamus de uten
silia tabernaculi de vet atrii que du
ra erant tabulas bases vectes co
lumpnas paxillos ferebant ea curribus

enim levite non serviebant sic in opere sed posito tabernaculo sedebant custodes.

Sed quia mundabant tenere de quod cahatice altare holocausti portabant et vasa eius post dici potest quod gersonite ferebant vasa ministerii altaris non altaris vasa forte aliquando in quibus ponebant ea quod portabant primo vice ad altare illa vasa ponebant super

v.

Tunc precepit dominus per manum sacerdotis a castris eici leprosos et semine fluentes et feminas ita addidit quoque de reddicione aliene rei ut fieret cum v capitulum preterea sed in exodo non contrarium dicere. I. ut in quadruplum redderet non hic usque di stulimus ut hic solveremus quoque domus quoque aliene rei possessio. Aliquando fiebat ex industria furto vel rapina. Aliquando ex neglegentia aliquando ignorantia. De re sublata frequenter in exodo legitur quod re stituatur si superat res. Quod si extabat in duplum si ibi legis v. boves pro uno. Alia est sublatio sed quosdam et quod in quadruplum vero dicatur ex tribus zachei probatur. De sublata ignoranter etiam agitur ut reddat caput vel v.

post delictum. Vel de re furtiva dicit si penitet latet et fur penitens sponte confitetur et reddit. Si vero non esset qui reciperet redderet domino et esset sacerdotis pro pretio vero furti vel neglegentie fiebat aliquid oblatio sed quantitatem rei. Iosephus dicit aurum et argentum reddi in duplum. Iumenta in quadruplum solum bovem in quintuplum quoque quanto possidet ceteris utilius tanto amitti ceteris dampnosius.

Addidit quoque

Ad de lege zelotipie. Zelus proprie dicitur amor pro uxore quo vir sufferre non potest ut alius misceatur. Unde vir dicitur zelotes zelotipia quandoque dicitur mechia et zelotipus adulter. Solet namque zelotipia dici sola suspicio adulterii de qua legitur hic in hunc modum. Si spiritus zelotipie concitaverit virum contra uxorem polluta est sed non potest probare vel quia falsa suspicione appetitur ducat eam ad sacerdotem et offerat pro ea assarium farine ordeacee quod est x pars sati non infundet oleum nec thus imponet. Sacerdos autem statuat eam coram domino et ponet in manibus eius in vase fictili aquas vivas et oblationem farine pugillum cum thuris incendet super altare et mittet in aquam paxillum pulveris de pavimento tabernaculi et nudabit caput eius scribetque in membrana ut dicit Iosephus dei nomen faciet que eam iurare quod nichil viro suo nocuerit in hiis que sibi obiciunt quod si viro hic non sufficiat subdet sacerdos maledictiones scilicet scriptas in membrana et dicet si polluta non es desto viri thoro non te noceant aque iste amarissime. Sin autem declinasti a viro ingrediantur aque maledicte in ventrem tuum et quoniam tumescere faciant et putrescat femur tuum dextrum et dicet mulier amen amen et delebit sacerdos omnes membranas scriptas in aquis et dabit ebibere. Et tollet sacerdos de manu eius sacrificium

De iudicio zelotipie

tetragramaton

amarissime

holocausti hec liberi ... pro sacrificio

prima

no

pro

in quadruplum

zelotipie et eleuabit illud coram domino et ponet super altare. Quod si rea erit adulterii, mulier putrescet femur eius et uterus intumebit et ydropisi non statim tamen sed usque ad x. menses. Mulier si polluta non erit, innoxia erit et in modum deficiet et pariet masculum mense x. Hee aque dicebantur sancte propter nomen domini diluti in eis et dicebantur maledicte propter maledicta congesta in eis et amarissime propter effectum qui quandoque sequebatur cordis contristi. Sicut promissus est libellus repudii quia parati erant ad effundendum sanguinem.

tetragrammaton

Hec autem lex pro ... esset lex ... durauit ...

Et de samonie nazareorum

Locutus est dominus ad moysen de lege nazareorum. Nazareus sonat sanctus uel florens uel germinans dicebanturque nazarei quidam qui ex uoto obligabant se samonie usque ad certum tempus uel in perpetuum ut samuel et abstrahebant se domino et separabant se a communi uita hominum sicut quis in pannum uel pedulos ... ut in hospitali ierusalem. Sanctitatis eorum hec lex erat. Omni tempore separationis eius nouacula non transibant super caput eius. Vnde forte quidam pingunt apostolos et christianos non intec... sed pro sanctitate. Nichil quod inebriare poterat bibebant, et non edebant quicquid ex uinea quod esset ab una passa usque ad acinum. Ad nullum mortuum ingrediebantur. Quod si mortuus esset subito quispiam coram eo polluebat caput consecrationis sue et ylico radebat caput suum et rursum die vii. offerebat turtures aut duos pullos columbarum quorum unum faciebat sacerdos pro peccato alterum in holocaustum. Dies quoque hos quos fecerat prius ex pro nichilo reputabant quia irritos fecerant et uoti sui samoniam iterum incipiebat forte non pro quolibet mortuo sed pro ... coram eo polluebat. Completis autem diebus uoti sui offerebat agnum anniculum in holocaustum. Ouem anniculum pro peccato arietem in hostiam pacificam. Et non quod ita simpliciter ponatur aries quod hebreus dicit ad minus duorum annorum eum debere esse. Canistrum quoque diuersorum panum azimorum exceptis hys que sponte offerebant iuxta potestatem facultatis sue que oblatio dicebatur corban i. munus et offerebat minus xxx. siclos si poterat aut l. Sin autem ad arbitrium sacerdotis pauper offerebat cumque immolauerat hostias sacerdos ritu suo radebat nazareus ad hostium tabernaculi ponebatque sacerdos crines eius in ignem sacrificii et sic ad communem hominum uitam reddire poterat.

ex uoto

apte

Nota. Voti est si aliquis uouit ire ... et uenerit usque ad mare et ibi ceciderit a ... iter iterare a ...

Et locutus est dominus ad moysen. Aaron et filii eius inuocabunt nomen meum super filios israhel et ego benedicam eis. Inuocabunt sic. Benedicat nos dominus et custodiat tibi det tibi pacem et ostendat tibi faciem suam.

Factum est autem in die qua unxit moyses ... tabernaculum et sanctificauit id, obtulerunt xii. principes tribuum in altaris strenationem, ut hebreus dicit sex plaustra tecta cum xii. bobus singulis boue unum et binis plaustrum unum et data sunt duo plaustra gersonitis ad ferenda onera eorum de quibus supra diximus et iiii. data semaritis. Postea singulis diebus obtulerunt uasa altari necessaria xii. n. diebus sollempnitas dedicationis protelata est. Prima die obtulit naason de iuda acetabulum argenteum cxxx. siclorum hebreus habet scutellam fialamque argenteam lxx. siclorum. Vtrumque plenum simila. In fiala thus ponebatur. Mortariolum quoque aureum x. siclorum plenum incenso in hoc uase aroma terebant hebrei ...

et p(ri)ma die s(e)c(un)di anni unctu(m) taberna
culi, xii die, f(ini)ta dedicacione,
xiiii die celebrabant phase. p(ost)
tunc dic(itur) hanc oblacione(m) xii
dier(um) factam ... con
net per recapitulacionem dic(tum). Num(eri)

q(uod) s(cilicet) thus in thuribulum ponebat.
boue(m) quoq(ue) et arietem, agnu(m) anni
cl(u)m in holocaustum, hyrcu(m) p(ro) pecc(at)o,
et in sacrificio pacificor(um) boues duo(s),
arietes .v. hyrcos .v. agnos anniculos
v. eiusdem mo(d)i uasa et easdem ho
hostias ob | Sec(un)d(u)m hebreum bos di
tulerunt alii | cebat(ur) adm(odum) tau(rum) et arie(tem).
principes die suo et sic tota | bim(us)
est dedicacio xii dieb(us). patet per
recapitulacionem q(ue) dic(it): Septima
n(am) die mensis primi, s(ecun)d(u)m q(uo)d littera
uidetur sonare, inchoata est dedi
cacio. vii. n(am) p(ri)mis dieb(us) eiusdem
mensis, consecrati sunt sacerdotes,
et inunctum est taber(naculum). si uero ita
est, tunc consecracio sacerdot(um) et de
dicacio tabernaculi protelate sunt
xviii dieb(us). Itaq(ue) non fecerunt eo
anno phase t(em)p(o)re suo s(cilicet) die xiiii, q(uo)d
tamen preceptum fuit eis a d(omi)no p(ri)ma
die eiusdem anni. Ideo quidam di
xerunt, ut predixem(us), vii dies con
secracionis sacerdotum fuisse t(er)mina
les primi anni, nec p(er) recapitula
cionem hec dici. Quod uero legit(ur)
ea die inchoatam s(cilicet) unctum est ta
ber(naculum) eadem s(cilicet) pro consil(io) q(uia) sicut .vii. al(ias) viii
die primi mensis unctu(m) est taber(naculum)
ita et eadem die s(ecun)da mensis inchoa
ta est huius oblacio et sic vii p(ri)mis
dieb(us) anni tam sacerdotes et taber(naculum)
consecrata sunt

Tum locutus est viii
d(omi)n(u)s ad moy(sen): tolle leuitas de medio
filior(um) israhel et s(an)c(t)ificab(is) michi eos
ita s(ecun)d(u)m preceptum d(omi)ni leuite p(ri)us
aspersi aq(ua) lustracionis rasisq(ue) o(mn)ib(us)
pilis carnis sue u(bi) n(on) includu(n)tur
capilli capitis lotisq(ue) in dumetis
steterunt coram | plane dici potest
d(omi)no ad hostium | q(uo)d eadem die inchoata
taber(naculi) conuocata om(n)i | ta s(ecun)t ... uices
multitudine po | sacerdot(um) et tab(ernacu)li
nentesq(ue) manu(s) | et oblacio p(ri)ncipu(m)
eius sup(er) eos filii | et cucurrerunt p(er) vii

sic dies p(ost) q(uo)s | israhel obtulerunt eos
secuta e(st) oblacio | aaron munus d(omi)no ut
v. dieb(us) ex xiii | fuerunt d(omi)no in ministerio eius
die consecrati sunt | obtulerunt ... le
leuite et h(ec) tota | uite boues duos quor(um)
ante phase. | alteru(m) fecit aaron pro
pecc(at)o alteru(m) in holocaustu(m) et sic separati
fuerunt d(omi)no a filiis israhel exinde
sunt in usus ea que d(omi)ni erant de de
cimis n(am) uiuebant et hys contenti e
rant. Sacerdot(ibus) n(am) erant sacrificia
primicie et primogenita uota s(e)c(un)d(u)m
o(mn)ib(us) uescebant(ur) cum domo sua mundi
tam preter oblata p(ro) pecc(at)o q(ue) sacerdo
tes soli p(ro)p(ri)a ... comedebant. Deci
ma(m) decimar(um) suar(um) dabant leuite su
mo sacerdoti et de melioribus dabat
q(uo)d sortem no(n) h(abe)nt in terra q(ui)a et me
lius eis cesserat. Tunc n(am) ta(m)en xii p(ar)
tem bonor(um) terre h(abe)rent modo habebat
decimam Q(uod) a(lia)s ... plus facit phase q(uo)d primo

Locutus est Moyses faciat s(ecun)do xi. ix
d(omi)n(u)s ad moy(sen) anno s(ecun)do mense
primo hic plene determinat
p(er) recapitulacionem q(uo)d dicit: Faciat
filii israhel t(em)p(o)re suo phase xiiii die
mensis h(uius) ad uesp(er)um et fecerunt
phase. Erant aute(m) quidam inmundi
sup(er) a(n)i(m)am hominis id est sup(er) ho(min)em
qui a(n)i(m)a d(e)c(e)ssit cuius cadauer tetigerat
qui non poterant facere phase et
dixerunt ad moysen q(ui)d fraudam(ur)
ne offerre ualeamus inter filios
israhel forte indig(n)os quia talis
inmundicia est nec(essari)a. q(uo)d eciam co(n)
suluit moy(ses) sup(er) h(oc) d(omi)n(u)m. Cui respo(n)dit
homo degente nec(essari)a qui fuerit inmundus
sup(er) a(n)i(m)a hominis siu(e) in uia procul fa
ciat phase mense s(ecun)do xiiii die o(mn)em
ritu(m) phase obseruans. Si uero h(ui)us
modi s(ecun)t causis t(em)p(o)re suo no(n) fecerit pha
se exterminatur a(n)i(m)a eius de p(o)p(u)lo suo. peregrin(us)
quoq(ue) et aduena si fuerit ap(ud) uos
faciat phase d(omi)ni. Si queratur si t(ame)n
in mense s(ecun)do p(ro)pter inmundicia(m) no(n)
posset facere phase q(ui)d faceret p(ost)

dici qz in modo faceret quia qd in
vno dem est sic in alys datur istis
vel forte si demceps eo anno nō fa
ceret nō peccaret De tubis clangentib. Et in
tm locutus est dns De clangendi i eis .xij.
ad moy. Fac tibi duas tabulas tubas
argenteas ductiles quib; conuocab
multitudinē. has tubas hēbant in
iiijor usus ad conuocandam multitu
dinem. ad mouendū castra. ad bella
et ad festa. et erat ut d. Jose tuba
fistula tantatorum pen magnitudīe
cubiti callamo capacior. prebens qz
in pn latitudinē que conueniebat ori
ad susceptionem spc que hebraice
asura d. In conuocatione uero multi
tudinis aliq erat diuersitas ad con
uocandum oēs principes sil clange
bant simplr ad conuocandos solos prin
cipes sed clangebant qd dupplr in
tellig. i. vna tm vno impulsu etiā
ut addit Josephus sed clangebant
si princeps primum sum quib; mettia
sua conuocare uolebat uel moy primum
per ceteras. Ad castra vero mouen
da nō simpl sed concise prolixe tubis cla
gebant et in pmo sonitu mouebant
castra. tres trib; que erant ad ori
entem in sedo que erat ad meridiē
in iijo que erat ad occidentē in iiij q
erat ad aquilonē. mod; uero clagē
di in bellis nō distinguit qz forte
sicut ap alias nationes fiebat ita
qd ap eos quz etiam habebant
sollempne epliam et dies festos et
Has clangebant. sed nō est de tali
mod; sacerdotes aūt clangebant

Anno sedo De recessu isrl a monte syna .xiij.
mense sedo .xxe die mensis
sedi eleuata est nubes de ta
bernaclo federis et pfca sunt de
monte dni tria dierum Dnt hebrei
qd archa precedebat eos tribus
dietis sup qm nube stante qui ad
certum locum conueniebant paulati
quidam. citius quidā tardā. sed me
lius est ut de h itinere tm dica
mus quando egressi sunt de syna et
precessit eos nubes nec quieuit pos
per tres dies et noctes. Unde stati
murmurauit pro labore itineris qz
nec noctib; castra posuerant et
tunc recubuit nubes in sollitudi
ne pharam. idest in pa mansione
quā fecerunt in pharam. Est n.
pharam max solitudo quā saracē
ni modo inhitant quia ergo anno
primo mense tercio pa die mensis
venerunt ad montem dni ab eode
egressi sunt anno sedo .xx. die m
sis sedi pz quia in hac mansione
que .xij. fuit sederunt fere pannum
fere d. quia .x. dies sup erant.
D. Jos. quia pannū et .iiijor dies
ibi fuerunt qd difficillimū est i
venire nisi forte fuerit annus
embolismal. pt tn dici qd eadem
die q legem acceperant reuoluto
anno legittimo recesserunt. Cū
autem uenissent in Kl' Junij ad mō
tem et .iij. die legem accepissent
si eadem die .iij. reuoluto anno
recesserint pz qd iiijor dieb; et āno
sederunt ad montem et in tercio
mense anni legittimi. die iij recces
serunt. Tn n nos uerum est qd sedo
mense anno sedo .xx. die egressi st
Tripl n. accipitur annus ab eis
preter istem. Annus usualis. annua
riuatoq; hz conuem. ub est in contrib
fixus et negocys suis conuib; agendis
Quarto autem mense huius anni qrta
die egressi sunt n legitur. Est ap
eos legittimus quo utunt legittimis
q agūt h ut diximus tercio men
se et die qrta egressi sunt. Est etiā
ap eos annus emergens. In me
moriā n. liberacionis sue ceperunt
annos suos numerare ab exitu
de egipto sicut greci a polipiade
Romani ab urbe condita xpiani
ab incarnacione dni et h annu

Tercius an[n]us ... annus ... an usualis ... mod; ... Tercius annus emergens.

Martis .i. festo hiu[s] ... po monte ... tale fest[um] celebrabant.

Inter pascha et penth. ... lunationes ... et inter pascha et pascha et inter penth. et penth. xij sunt lunationes i. ccc. liiij dies. Solaris uero uel naturalis annus ccc. lxv habeat et quadrantem et ita excedat lunarem xj diebus nisi embolismalis ...

Computa istum annum a phase in phase post ... xvj dies primi mensis et iunge cum xiiij diebus mensis ... sequentis ... habebis ... Item ...

pe xvj dies qui remanet de maio et iunge cum xiiij diebus iunii et habebis xx dies secundi mensis a phase et sic vera erit utriusque computatio anni scilicet legitimi et egentis sicut in textu ...

Num.

sedo mense xx die egressi sunt ... n. annus a phase usque in phase unus transierat, et de secundo phase f. fluxerunt dies l. ergo mensis unus xxx dies et ... iam fecerat xx dies. hec est annorum distinctio in multis locis necessaria est. In hac mansione medietas ... exodi, et totus leuiticus et numerorum precepta ... dicta descripta sunt. Duxit autem moyses secum ... abram uxoris sue qui nouerat in quibus locis per desertum castra commode poni poterant promittens ei de optimis que traderet eis deus. Sane cum eleuabatur archa dicebat moyses. Surge domine et dissipentur inimici tui et fugiant qui te oderunt a facie tua cum deponeretur dicebat. Reuertere domine ad multitudinem exercitus filiorum israhel.

Impossibile est quod per annum nullum et iiij dies i. sunt f. l. sola die a pascha ... quia numquam dies pasche ... anni precedentis et sequentis ... pasche anno et anno tamen ... i. futuri et preteriti ... concurrunt simul numquam ... dies h. Non ... a beo die quo data ... lex reuoluto anno naturali egressi sunt sed cum ueissent ad montem ... luna iunii reuolutis lunationibus usque ad lunam primam iunii quando ei luna sunt egressi ... l dies. a xiiij. luna aprilis. ... nota cum pascha

Ortum est autem interim murmur populi contra dominum dolentis pro labore et accensus ignis in ira domini, deuorauit extremam partem castrorum illos. scilicet qui longe retro erant. Orauitque moyses ad dominum et absorptus est ignis, uocauitque ... nomen illius loci incensio. tamen non fuit hoc nomen mansionis. In eadem quoque mansione uulgus promiscuum erat quod ascenderat cum eis i. et serui et ancille egiptii et multi de israel pariter cum eis flagrabant desiderio carnium nomine carnium non solum sed aliorum

ciborum etiam habundanciam intelligimus. Unde nec in querela eorum de carnibus legitur cum dixerunt recordamur piscium quos comedimus in egipto gratis in mentem ueniunt nobis cucumeres et pepones porrique et cepe et allia. anima nostra arida est nichil uident oculi nostri nisi manna. Audiuit moyses populum flentem et intollerabilis res uisa est ei quare et abeo escas petebant, et ait ad dominum. Cur imposuisti pondus huius populi super me. Numquid ego concepi et genui omnem hanc multitudinem. Obsecro ut ... alio prouideas aut interficiens me. Cui dominus. Congrega michi lxx. uiros de senioribus israhel, quos meliores nosti ad ostium tabernaculi ... et auferam de spiritu tuo tradamque eis ut sustentent tecum onus populi et populo dices. Dabo uobis carnes usque ad mensem dierum etiam usque ad nauseam et de large nausea prouomitu ... non est uomitus ille qui excitatur fetore sentine. Ablatio quidem spiritus moysi et traditio aliis non est intelligenda diuisio spiritus eius per partes uel in minutos sed illuminatio aliorum ad regendum populum per eandem spiritualem gratiam per quam et moyses illuminatus est. Sicut de igne unius lucerne multe illuminantur sine sui diminutione. Electos lxx uiros duxit moyses ad ostium tabernaculi preter duos qui in castris remanserant non ex contemptu sed quia se indignos iudicabant quorum unus uocabatur eldad alter medad et erant ut aiunt hebrei fratres moysi ex matre sed non ex patre. Ideo dicit ex patre non ex matre quia per legem ... man- dante misit ... matrem suam quia amita eius erat et duxit aliam, de qua suscepit hos duos et sed hi non dum nati erant ... Descenditque dominus per nubem ... et quieuit spiritus in eis qui stabat cum moyse et prophetabat

et si hoc obiciat ... hoc quod dicit ... expresse ... ex matre ... fratres moysi et ... potest dici ... lex esse accepta a moyse ... in ... tempore ... forsan xxx uel xl annos ... ista ... septuaginta

Margin notes:

Pro ... cum ... ualia ... mirabilis ... nobis ... in ... annis ... sedule ... simus.

Non perit auferam atque de eodem eis dabo

arida

alie

ablato

inimico

Solo moyse xl annis ante quam legem daret ... habuit et ... patrem suum rogauit ut matrem suam repudiaret ergo isti erunt xl. annorum.

super palipom ... accepta

moysi

contra ... cum ... numer ... fuit

.i. si ea propter aliquid offensa obiecta reprehendisset; hec enim erat mos absconditum ... in fine eius species

.i. obscura allegoria

sed etiam duo qui remanserant in castris prophetauerunt nec postea siluerunt .i. semper deinceps uocati sunt prophete et reddyt moy cum illis ad castra

F. secedens ... carnium et ... desiderium ...

Uentus vero egrediens a domino arreptas transmarine in insulis ortigys cornices detulit in castra per circuitum castrorum itinere diei unius volabantque a terra altitudine duorum cubitorum surgensque populus congregauit sibi coturnices duobus diebus et siccauit eas qui parum habuit x. choros et fuerunt coturnices ut tradunt non modice que aput nos sunt set ille maiores que regie dicuntur quas ... attendo uocamus non defecerat cibus etiam furor domini percussit populum plaga magna nimis ... plage non deteriatur sed in ... quod fuerit ignis sepultus est ibi populus qui carnes desiderauerit. unde ceterique locus ille uocatus est cabroth quod sonat desiderium sepulture uel sepulchra concupiscentie

potest dici lex esse data accepta a moyse progressionibus aliquanto tempore ... dationes.

Egressi autem de sepulchris concupiscentie xi. venerunt in asseroth ibique irati sunt maria et aaron contra moysen propter uxorem eius ethiopissam quam rixantes cum comparauit ei quod reginam ethiopissam uxorem duxerat uel ductam dimiserat uel propter uxorem eius sephoram que rixata fuerat contra moysen madianite quidam uocati sunt ethiopes ut legitur in philosophia et indignando dixerunt. Nonne et nobis locutus est dominus ac si diceret. Certe uult moy pre esse nobis quia locutus est ei dominus. Et iratus dixit dominus. Egredimini uos tantum tres ad tabernaculum. Cumque starent descendit in columpna nubis. vocauitque aaron et mariam ait. Si quis fuerit inter uos propheta, loquar ei in visione vel per sompnium vel per enigmata et figuras servo meo moy qui etiam in domo mea fidelissimus est; ore ad os loquor. ut ergo detraxistis ei. Vos eius prefiguratis ... et recessit nubes et ecce apparuit maria leprosa. Et ait aaron ad moy. Obsecro domine ne imponas nobis hoc peccatum. Orauitque moy ad dominum. Deus obsecro sana eam. Cui dominus. Si pater eius spuisset in faciem eius non debuerat saltem vii. dierum rubore confundi. Separetur vii. diebus extra castra quasi diceret. Si pater suus uiuificasset eam pro aliquo crimine suo deberet aliquo tempore uerecunda esse. Exclusa est itaque maria extra castra vii. diebus nec populus est motus donec reuocata est.

Egressus xii. autem populus de asseroth fixit tentoria in deserto pharam non est pharam nomen mansionis sed sollitudinis plures mansiones continentis ut in katalago mansionum manifestabitur. Omnes enim continet mansiones ab asseroth que fuit xiiii. usque ad asion gaber que fuit xxxii. quas omnes tulerunt in anno sexto. Designat gaber. misit moy xii. uiros de singulis tribubus qui considerarent terram quam possessuri erant quorum precipui fuerunt caleph filius iephone de iuda et osee filius nun de effraim. Vocauitque osee iosue. hic erat minister moy bene quidam dicunt quod dictus est iosue per anticipationem hoc demum esse quia nunc propositum est ei ... et etiam dici quod moy illis tamen et salutem aliorum repromisit. Cumque vocaret osee uel iosue que nomina saluatorem sonant tunc primo hoc nomina ei appropriauit saluatorem aliorum eum instituit preceptique moy ut considerarent qualitatem terre et hominum et urbium et afferrent de fructibus terre. Erat que tempus quando prematura ...

de xii. exploratoribus

ex precepto domini

pretorum uitis comedi possunt. Qui ascendentes, explorauerunt terram et uenientes in ebron uiderunt tres uiros de genere enach uel enathei, id est de semine gygantes, quales etiam uiderant in cham ciuitate egipti, que et athan thanes dicti sunt. Erat autem ebron, vii. annis edificata ante urbem than. Unde et ab ebron semen gygantum in egyptum descendisse creditur. Descendentes quoque ad torrentem, et uallem uberrimam tuleruntque de malogranatis malogranatus arbor, mala granatum fructus, et de ficis loci illius palmitem quoque cum uua absciderunt quem pre magnitudine tulerunt in uecte duo uiri, ob hoc appellatus est locus ille usque hodie nehel escol, id est torrens botri. De lapidatione colligentis

Reuersique sunt ligna in sabbato xviii. post dies xl. uenerunt ad populum suum in cades. De xxxiii. mansione statim egressus erat populus et morabatur in xxxiiii. Tamen quidam tradunt, quod de cades missi sunt exploratores, et ibi eos exspectauit populus. Hanc mansionem uocat Josephus conuallem iuxta cananeorum terminos existentem, et ad habitandum sibi difficilem. Et commendantes terram uiri quam uiderant, et hoc addiderunt. Sed cultores fortissimos habet, urbes grandes, et muratas. Stirpem enach uidimus ibi, quibus nos comparati, quasi locuste uidebamur. Terra quam lustrauimus, deuorat habitatores suos. Quod sic exponit hebreus terra infirma est, nec habere inualidos homines potest, uel quia nulli genti licebat diu in ea habitare, propter frequentes inpugnationes superuenientium. Unde propheta, Cum felicitatem populo mandi illi terre polliceretur, hoc opprobrium ab ea auferendum dicit quod non uocabitur ultra terra habitatores suos deuorans. Post tamen

et commendationem terre dicunt quod adeo bona sit ut nullus ex ea uelit peregrinari, sed qui in ea nascitur in ea moritur. Igitur audiens hoc omnis turba fleuit dicens. Utinam mortui essemus in egipto. Nonne melius nobis est reuerti in egiptum quam cadamus gladio, et uxores, et liberi ducantur captiui. Constituamus nobis ducem, et reuertamur in egiptum. At uero iosue, et caleph sciderunt uestimenta dicentes. Nolite rebelles esse contra dominum, quem cum mendacem esse in promisso iudicare, quia sicut panem possumus terre huius deuorabimus. Cumque clamarent in eos, alii et qui terruerant populum et omnis multitudo lapidibus uellet opprimere eos, gloria apparuit domini super tectum federis. Et ait dominus ad moy. Quousque non credet in dominum populus hic, feriam eum peste, faciam te in gentem maiorem. Cui moyses obsecro domine ne fiat hoc, ne forte insultent tibi egiptii, et dicant non potuit inducere populum in terram quam promiserat. Cui dominus. Iuxta uerbum tuum dimisi. Attamen uiuo ego, nullus eorum, qui uiderunt signa que feci in egipto numerati sunt, scilicet a xx. annis et supra, et iam per x. uices temptauerunt, uidebit terram, pro qua iuraui patribus eorum preter Josue et caleph, et quoniam amalechites, et cananei habitant iuxta uos, ne super ueniant uobis cras mouete castra, et reddite in solitudinem iuxta numerum xl. dierum, quibus terram considerastis, xl. annis recipietis iniquitates uestras. Locutusque est moyses, omnia uerba hec ad eos, et luxit populus nimis. Et ecce, mane surgentes, dixerunt ad moy peccauimus, desperantes parati sumus ascendere ad locum, quem dominus promisit. Et moy ad eos nolite ascendere. non enim dominus est uobiscum. At illi contenebrati, sine deo, posse uincere putantes,

iuramentum est domini.

id est multotiens.

Intellige per semetas aliquis fuit de illis [illegible]

penitens

De lapidatione colligentis ligna in sabbato

ascenderunt. Archa cum moy et
leuitis remanente in castris, per-
cussitque eos amalechites et cha-
naneus usque ad locum, qui ob hoc uoca-
tus est horma. i. anathema et reddi-
erunt ad solitudinem. De scismate chore
Factum dathan abyron et plaga eorum. xix.
est autem cum essent in sol-
litudine, inuenerunt hominem
colligentem ligna in sabbato, quem reclu-
sit moy, donec consuleret dominum, deinde
dixit dominus. Moriatur homo iste, extra
castra, obruetur lapidibus et factum
est ita. Quidam putant hunc
fuisse salfaad, quia et filie eius
postea dixerunt. pater noster pro
peccato suo in deserto mortuus est. Ibi-
dem etiam precepit eis deus, ut per
quatuor angulos palliorum fimbrias pone-
rent iacinctinas, ob recordationem
etiam mandatorum preceptorum dei, ad ob-
seruandum. has magnificauerunt
pharisei in tantum, ut et spinas in eis
ligarent, ut frequenti eorum punctione
ad memoriam iugem preceptorum domini
excitarentur. quadratis utebantur
iudei palliis, et adhuc in anglis
uestis quadrate in sinagogis sic
habent fimbrias iacinctinas, ob recor-
dationem de celo legis date, hoc autem
faciebant, ut a ceteris gentibus
habitu decernerent. De excusatione Moysi
Ecce autem chore fi... extincti per aaron
lius ysuar. xxi. xvj
fratris aaron, cum uidisset fratres
suos honoratos, alterum sacerdotio,
alterum ducatu populi, inuidia murmurans
contra moy et aaron, complices secum
habuit CC. L. de leuitis maioribus, quos
etiam indignos sacerdotio pre-
ferebat, adiunxeratque sibi dathan
et abyron, potiores rubenitarum, quibus
principatum populi deberi dicebat, quia
fuerunt de ruben primogenito, quibus
moy ait. Tollatis uestrum thuribu-
lum singuli, hausto igne super po-
nat thimiamata et aaron nobiscum
et quem elegerit deus, ipse sit sanctus. Misit
autem moy mane, ut uocaret da-
than et abyron, qui dixerunt non
uenimus, et uocata omni multitudine
dixit moy ad chore et ad ceteros L. uel
tollite turibula uestra, et ponite thy-
miamata super ea, et state coram domino.
Illis autem sic stantibus, descendit moy
cum senioribus populi ad dathan, et aby-
ron, ut eos uocaret. Dathan et aby-
ron, ut dicit Iosephus, excepto leuita erat.
Illi autem stabant, cum uxoribus suis,
et liberis, et omni frequentia domus sue
in introitu papilionum suorum, parati potius
ad resistendum, si uim inferre uellet
eis moy, quam obediendum. Quod
uidens moy, orauit, ut insolita morte
perirent, et sic planum fieret, quod
deus ipsum miserat. quo orante et
flente, tremuit terra, expauit quoque
populus grandique strepitu, pilloram tabernacula
excitata, scissa est terra sub pedibus
eorum, et aperiens os suum, deuorauit
eos, cum omni substantia eorum, et descenderunt
uiui in infernum. i. in patulum terre hyatum
et reducta est terra, quod nec uestigium horum factum
esse uideretur. Sed et ignis egres-
sus est, de thuribulis chore, et complices
eius tantum combussit, nec de terra pro-
latus, uel concursione fluctuum, aut
uiolentia spirituum, uisus est umquam exi-
lire, et deuorauit eos aaron illeso
stante. Tulitque eleazar thuribula
eorum ex precepto dei, igne huc illucque
disperso, et produxit eas in lamminas
formans quasi ex eis coronulas, affixitque
eas altari eneo, ad commonendum alios
israhel, ne quis, nisi de semine aa-
ron accederet, ad offerendum incen-
sum domino scilicet ne similia pateretur, tamen
et sic factum erat, quod ibi stabat
ad decorem. De uirga aaron quia nocte frondiuit
et floruit. et de hoc per ipsum inuentum. xxii
Dicitur sequenti murmurauit populus contra
moy et aaron dicentes. Altum
xvij

De scismate chore dathan et abyron et plaga eorum

Nota. Ysuar et aram fratres erant. ysuar ante primogenitus erat. [illegible] et filius eius chore [illegible] quia ipse post primum sacerdotium quam moyses filius aram uigebat [illegible] et hic idem uoluit persuadere dathan et abyron de dignitate [illegible] quia potentiores erant rubenitis.

uos interfecistis populum domini. Cumque vellent eos obruere lapidibus, fugerunt ad taber[naculum] et operuit eos nubes. Apparuit eis gloria domini et egressus ignis a domino et egressus ignis a domino devoravit populum. Dixitque moyses ad aaron. Tolle thuribulum et hausto igne de altari ponensque thimiama pergensque cito ad populum ut ores pro eo. Accelerans que aaron cum thuribulo stansque inter vivos et mortuos oravit dominum et plaga cessavit. Fuerunt autem post xiiii milia et lxx.

Est tamen

terea quidam etiam in illis sol
lepnitatib' preter ea que di
ximus sponte quedam expen
debant ad honorem di et hec
scdaria precept' moy fieri, a dlo
cum seiz, et comedi coram do
tn remocioerib' licebat ista vē
dere in loco suo et ferre preci
cium et emere sibi in irlm qd'
desiderabat anima sua preter
tertio anno duab' decimis so
latis vt diximus tertiam itz
faciebant sibi deciacionem i
vel pauprm et hnc reponebāt
apd se vt hrent unde darent
pegrino et aduene pupillo et
vidue egentib' et etiaz leuitis
si indigerent. Inul' vero pios
ex h' nichil impendebant et
de hac dem est omi potentiue
tribue. De punitione ydolor' vi

Addidit quoque qd' si etiam frater
suus aut vxor filius aut
amicus spālis persuaderet
aliquem ad cult' idolorum for
te pter affluentiam que se
sequebatur, gentiles nō occidit
rent eum sed dnet' vel desse
sum p' lapidib' obrueret eū
et ille cui psuaserat primus
poneret manus suas sup eū
Eodem modo ciuitas sup ciui
tatem si psuaderet recedere
a cultura di. Incisuras n. et cal
uitiū sup mortuū fieri prohi
buit qd' est sanguinē suū fū
dere et capillos tondere et
facere mortuus vt ethnici faciunt

gehinna .i. decima vel minus plus a gehinna et sic de suis et maius sic de suis. Scilicet gehinna pedib' minutis eq' ligata.

elemosina

epulas

i siis

insurgere et delere eam

prohibuit quoque mortuum comedi.
Sed addidit quod sibi in munda
possent dare, aut vendere pe-
grinis et aduenis, quia natio
nes alie licite multis vescuntur,
que inter dicta sunt iudeis. Sep-
timo quoque anno quietis terre ne cre-
ditor exigeret debitum, a debi
tore hebreo dumtaxat, a pe-
grino poterat exigere et ob
hoc vocauit annum illum remissi
onis, non tamen tamen eius, cuius fuit
iubileus. In iubileo dimittebant
debita, in hoc differebant parte.
prohibuit quoque in primogenitis
arare bobus et vellera primoge
nitorum tonderi, per quod innuit non
de primogenitis debere simul
fieri in usus proprios, quia leuitarum
erat. quod si maculam haberet pri-
mogenitum poterat comedi in lo
co suo, sed non coram domino.

Repetens. ~~de penthecoste. vii.~~
Repetitio de festo pasche
Repetens quoque de festo penthecostes ait. Septem
ebdomadas numerabis tibi, ab ea die
qua falcem in segetem miseris et
celebrabis diem festum ebdomadarum
domino deo tuo. Hoc ut dicit Ieronimus hebrei
~~vero~~ non ad litteram, nec ad spiritum cu-
stodiunt. Tunc enim non eodem
die fieret penthecostes, quia alii tar
dius, alii citius metunt, secundum
statum regionum suarum. Fue
runt qui dicerent, quod quique agrico
lam a prima die missionis sue
l. dies computasse et eodem die
sibi et suis sollempne epulum pa-
rasse, et diem festum egisse, non
quidem penthecosten legalem, sed pro
collectis omnibus quam diem agebant
sollempnem. ... dicit Iosephus:
quia xv. luna phase die scilicet sol
lempni azimorum, offerebant
gelima confricata domino, et hec erat
prima missio falcis in segetem
et a xvi. luna numerabant
vii. ebdomadas, post quas faciebant
penthecosten. Quidam tamen dicunt a die
dominica que est in festo azimorum
debere numerari vii ebdomadas
quia legitur in exodo, vel leuitico, ab altera die
sabbati numerabitis. De appellatione
ad summum sacerdotem. viii.
Precepit quoque iudices ciuitatis
sedere in portis qui iudica
rent intrinsecus et extrinse
cus de finibus ciuitatum et ut
in ore duorum vel trium testium
periret, qui interficeret aliquem
et quod manus testium prius fieret
super illum. Quod si contingeret
iudices illos ambigere de causa et ascen
derent ad summum sacerdotem et
quod iudicaret ille fieret. Quod
si quis eius sententie non obediret in
terficeretur. De hiis iudicibus
ciuitatum dicit Iosephus vii. eligeban
tur in singulis ciuitatibus uir-
tute et studio iustitie ~~accepti~~.
Unicuique vero eorum dabant
duo viri ministri de genere le
uitarum. Testimonium mulierum non
admittebant, propter leuitatem
nec seruorum, propter ignobilitatem
animi, pro quo deficerent, vel pro timore
potestatis corrumpi vel pro lucro ~~posset~~.
In appellationibus non licebat pon-
tifici iudicare sine propheta et se
nioribus loci illius quem elege
rat dominus. De iustitia regis. ix.
xvii
Addi
dit ~~dominus~~ etiam quod si quis regem sibi crearent
non alienigenam sed con
tribulem qui sine consilio pon
tificis et seniorum nichil ordina
ret. In otio semper deuterum le
geret. Uxores sibi non multi
plicaret ne auerteret cor eius. Argento
regis autem ... pondera operam non

multiplicaret ne potencior
fcūs seuiret in sbditos. Ter
minos terre vel pp^e vel alie
ne nō mutaret. Non .n. pro
cul est ut leges transcendat
qui metas terrarum trans
mutat. hꝫ preceptū plimum
transgressus est Salon qui
glatus est qd tm̄ reliquerat
in iel'm auri et argenti qntū
in venerat eris et ferri tand
inde periuit vt tradunt ut
postea dicetur. De maleficiis abi
Jnterdixit etiā aciendis .x.
here ariolos. idē xviii
inspectores fibrarum circa aras
p cognoscendis futuris et dicto
res sompniorū et augures .i.
gestus auiū vel garritus at
tendentes. maleficos idest imo
lantes pos demonib' vel sal
tem lustrantes. qui homines
intuentur et fallūt incanta
tores. idest prestigios qui in
tuentes fallunt. phitones .i.
ventrilogos qui pspm malignū
loqūtur a phiōo. idest apolline
sic deos. sinos. idest aurispi
ces. idest astrorum inspectore.
Nigromanticos qui carminib'
vel sacrificiis euocant mor
tuos et pham suscitaret eis
do ut eum audirent de gēte
eorum. De talione legis .xi.
De talione xix
quoqꝫ legis et accusacōe
falsi testis apposuit ut
si diligentissime pscrutantes
deprehenderent falsum testē
redderent ei qd cogitauerat
facere suo proximo cor pcord
aiam pā dentē prodentē oculum
pro oculo pedem pro pede. xx
Addidit de timidis et sollicitis re
qs dūs monendis ab exitu .xii.

de exercitu progressuro ad bellū
ut primo sacerdos exercitū
amoneret ne timerent hostes
et sparent tm̄ in dnō nō in ar
mis et robore suo. Deinde qꝫ
princeps turme sue loqetur et
dicet quis ex uobis formidolos'
ē reuertatur ne pauere faci
at fr̄es suos vel perterritos
etiam sollicitos pro negociis in
pfcis que reliquerat reuerti
pcipet. Specificauit tria nego
cia quibus maxime affectus te
netur hūanus dicens. Quis
est homo qui edificauit domū
nouam et nō dedicauit vel ini
ciauit eam reuertatur ne forte
moriat' in bello et al' dedicet eā.
Quis est homo qui desponsauit
vxorem et nō accepit eam re
uertatur ne forte moriatur et
al' accipiat eam. Quis homo
qui plantauit vineam nec d'm
fecit eam cōem de qua omnibus
uesci licebat reuertatur ne for
mo et al' fungatur eius officio.
Qd sic intellige. Si nouella vi
nee plantacio ante quartum annū
fructus faceret inmundi erant
quia preter tpe iii fecisse uide
batur nec ex eo primicias deo
offerre aut quempiam edere lice
bat. Quarto autem anno uide
miabat dnō. Omnem .n. fructū
huius anni deferebat homo ad
urbem scām iel'm cum decia a
liarū frugum vt epularetur ex
eis coram dnō. Quinto autē
anno fiebat homo dns uinee et
uindemiauit eam sibi. De sexto
anno et deinceps erat qs omib'
cōis sed eorum talem cōsuetudinē
inter agentib' licebat intrare vi
neas et pomeria et tamqm de
ppo saciari sed ext portare fas

non erat neque uindemiantes de
hys que ad torcular portabant
gustare prohibebant sibi occur
rentes. Alia translatio plana
est. Quis est homo qui planta
uit uineam et de nouella eius
non bibit. de prohibitione federe cum genti
bus. xiij.
Addidit quoque ne cum gentibus
terre promissionis federa
inirent sed penitus extirparent
in quo postea frequenter peccauerunt
cum finitimis et gentibus essent
pacifici quantum possent etiam
federati essent. Addidit quoque ne
in obsidione succiderent arbo
res fructiferas ad faciendas
machinas et etiam de occiso in uento si
de quo nescitur. Seniores de
propinquiori urbe occidunt iuuencam et
lotis manibus super eam coram sa
cerdotibus iurabant de innocentia
sua. Egressi vero ad pugnam si
in numero captiuorum mulierem quis
uideret et pulchram uirginem
seu iam nuptam et voluerit
eam habere in vxorem non prius cu
bile eius ascendat donec illa
raserit caput et circumcidat
ungues et lugubre scema su
scipiens defleat parentes et ami
cos quos amisit in bello. xxx.
i. forum luctus — diebus ut tandem luctu saciata
ad epulas nuptiales conuertatur
Tunc liceat uiro eam humiliare.
Quod si saciatus fuerit et non ce
debit animo eius, dimittat eam
liberam. Non enim licet ei aut
reuocare eam in seruitutem
aut vendere alii. Maledictus est qui
suspensum in patibulo eadem
die iussit deponi et cadauer
eadem die sepeliri quia maledictus
erat omnis pendens in ligno.
i. sufficit ad penam quod turpiter est

maledictam suscepit mortem ne
ulterius pena tenderetur. Abho
minabile quoque dixit apud dominum
Si aut mulier veste uirili aut
uir veste feminea uteretur.
Addidit. De hiis quibus fas non erat
quoque ecclesiam dei. xiiij. xiiij.
de ecclesia ingredientium
ecclesiam dei. Non intrabit eunu
chus attritis vel amputatis testi
culis et absciso uerecundo idest pelle
in genitalibus ecclesiam dei nec mam
zer usque ad decimam generationem. Am
monites et moabites et post x. genera
tionem non intrabit in eternum quia
hii noluerunt pro quibus hebreis exeun
tibus de egipto occurrerunt eis
cum pane tamen cum sciuerent eos la
borare siti in deserto et conduxerunt
aduersus eos balaam filium beor
Post ingressus in ecclesiam dei ingres
sus in matrimonium iudeorum a quo excluebant
quidam intelligunt. quidam ad tempus
scilicet vel usque aliquem terminum dicendi fieri de quibus alibi vel usque ad terminum
successionum de quibus hic agitur. he
breus uerius dixit dicens ingre
di ecclesiam dei esse de filiabus israel
vel ducere in uxorem et sic inseri et
in genere suo fieri de populo dei. Tamen
sed hoc frustra non esset premissum
de eunucho. sed ut si uellet ille v
xorem de israel ob pecuniam uel he
reditatem vel ob aliquid huiusmodi eam tamen ei
non liceret forte quia solum mam
zerem non autem non excludebatur
alienigena spurius vel nothus. Manzer autem
est de scorto progenitus. Spurius
de stubina pro specie in distinc
tione. nothus qui habet adulteram. Verum cum
non sit verus esse de matrimonio
filius sicut et nothos febres dicimus febres
que fere quartane aut huiusmodi
uidentur non sunt tamen. Manzer autem non
to pluribus filiabus israel nec filius eius
etiam de legitima nec nepos usque

ad x.m successorem. h' poterat in
trare ecclesiam. quia penitus e
rat memoria antiqui ob pbry
extincta. Cetera, nō solum ma
seres, sed et spurios excludit ab
ordinib' dei qd' prohibiti sunt
predem duo pp' intrare Aug'
d' quia in x. generatione po
terat intrare. preter ruth moa
bitidam que intrauit deni genu
it obeth quia generationem ruth
nescimus ab abraham conpera
neo moab. x. numeramus gnō
nes, usq; ad matrimonium ruth.
Qd' autem additum est. In p
hibitione in eternum pph quod
ibidem premissum est, debet ex
poni s. nisi p' x.am generationem, vel
quia dixit amonites et moabi
tes que nomina sunt masculi ge
neris nec dixit amonitis et amoa
bitis de ueris fca prohibitio, nō
de mulierib' quia forte, nec mu
lieres occurrerunt hebreis in
deserto. De prohibitione fornicationis
addidit. xv.

Aquoq; nō erit meretrix
nec scortator in isrl' nō
offeres mercedem prostibuli nō
pretium canis in domum dn̄i dei tui.
Quia ut dicit Iose mercedem p
coitu canis venatici vel custo
dis gregum, nō licebat offerri, qz
ex hys que de contumelia proce
dunt, diuinitas nō delectatur.
Item nō uenabis pecuniam ad
usuram. nec fruges nec aliqd
ad fratri tuo sed alieno. Sed qd
dictum est qd de alieno p'missio,
sicut et p'missio fuit qd' seqr
de libello repudy. Vir autem
ap' quem uxor sua nō inueni
bat gratiam, p aliquam feditatem,
que multimode proueniunt
scribebat, qd numquam conueniebat

sathsq nō concordare posset nec comi
nere

cum ea, et causam ob quam displice
bat ei mulier, ne conueniret, et de
bat libellum, in quo scripta erant hec
mulieri, ut coram sacerdotib'
legeretur et cum iurasset verum
esse qd scripserat, licebat utriq;
aly copulari. Qd' si ingrede
retur mulier ad alterum qui iterum
daret ei libellum repudy priori
uiro, nō licebat eam recipere.
quia abhominabilem fecit eam
coram dnō. modo pro nulla fe
ditate uxor excluditur, nisi ob so
lam fornicationem. Neq; sic etiam
licet eos migrare, ad secundam uota.
Tamen quedam ecclesie modo de no
nouo introduxerunt lepram
quia morbus serpens est, et conta
giosus. Item, qui nup accepit
uxorem nō ducetur ad bellum
nec ei quicquam necessitatis publice
iniungetur ut uno anno letetur
cum uxore sua, post autem in illi
iste, nuptialis annus, nō usualis
x. s. mensium tantum iuxta quem nimi
dicitur annus luctus. Quia mor
tuo uiro nō licet uxori, transire
ad alium, ante x. menses quia
forte concepit de p'o et posset fieri
dubium cui uirorum ascribendus
esset partus prohibuit quoq; ne li
beri ancillas ducerent uxores.

Item si uiderit De plagis que maior xl.
iudex, reum dignum xvi. xxv. c.
num plagis tantum psternat eum
coram se. faciet uerberari eum
p mensura peccati et erit plagarum
modus, ita dum taxat ut quadra
genarium numerum nō exce
dat, sic et penitentes excommunica
tos plagis cedimus secundum numerum
versuum alicuius psalmi, qm dicimus cedi
mus cantamus. Iose dicit. xl. plagis
una minus habent publica. ver i. publi flagello
berandus, libm aut hominem turpissimum

Quod paulus a iudeis quinques quadragenas una
minus accepit

Boos filius salmon
Abraham genuit ysa
Nō ac ysaac genuit
Jacob Jacob genuit iudam
Judas genuit phares
qui esrom qui a
aminadab qui
naason. qui salmon
mon

Nō Nō' ... ...
... alia ...
... moabite
et amonite ...
... generatione
... non
intrabit ecclesiam dei
... ...
... ...

Nō

De hoc precepta est
de libello repudy

erat penam huius sustinere De su
Itaque si fili scitatione seminis. et
is auiro fu in dissolucionem .xviij.
erit relicta,
accipiet eam frater eius et primo
genitum ex ea filium fratris mort
anumerabit. idest filium fratris de
functi non suum vocabit et nutriet.
hereditatis successorem, quem
suscitauit. Quod si noluerit frater
suscipere relictam que sibi debe
tur ex lege interpellabit mulier
iudices sedentes in porta et absito
eo si accipere eam noluerit mulier
coram eis tollat calciamentum
de pede eius. et spuet in faciem
eius et dicetur domus eius do
mus discalciati. vel obprobrium sempi
ternum miseri. Alibi legitur quod
qui ducturus erat eam alius discalcia
bat illum quod secundum Io. dixit Non sum
dignus soluere corrigiam calciamen
ti eius quod forte fiebat si presto
erat. Alius ducturus erat et si frater re
pudiaret eam. Quandoque enim nullus
ducturus erat eam et tunc mulier
discalciabat eum. Quandoque etiam
frater non interpellante muliere pro
fitebatur iudicibus se nolle habere
eam. et tunc ipse se ipsum discal
ciabat. Vnde alibi legitur, quod no
lens suscitare semen fratris seipsum
discalciabat. Item si mulier ap
prehenderit virilia viri eius
alterius rixantis cum viro suo
abscides manum eius, nec flecteris
super ea aliqua misericordia. Item non habebis
pondus et pondus mensuram et men
suram. idest maiorem cum emas.
et minorem cum vendas hoc enim est ab
hominabile domino. De permixtione di
Addidit quoque uersorum seminum cauenda .xix.
moy. de quibusdam permixtioni
bus rerum diuersi generis cauen
dis dicens. Non seres vineam tuam altero

semine genus scilicet vel leguminis ne et
sementis quam seuisti et que nascuntur
ex vinea pariter sanctificentur. ne scilicet
primam decimam, et singulares pri
micias des hominum de uno agro cum
de vtroque fructu separatim dande sint
vel ne habeat occasione, velles primicias
sementis vel vini non dare quia simul
non sanctificantur. Nam sementis primo
anno vinea uero. Facta est autem
altera sanctificatione forte putares
sufficere ad vnius agri
sanctificationem alia littera habet ne pa
riter sufficentur quod est vere. Iosephus
velle dicit hunc coniunctionem prohibitum esse
quia dissilium coniunctione natura non
letatur. Item non arabis in boue
simul et asino cuius sensum ponit
Iosephus bobus scilicet tantum terram arandam
esse ut nomine asini quelibet alia
animalia exclusa intelligamus
esse. hebrei tradunt ob hoc deum
quia noluit deus seruili iumento
idest asino regem iumentorum co
pulare. Quatuor enim quasi regia
alia ostendit deus ezechieli. homo
enim rex omnium animalium. Sed quo
leo rex est omnium ferarum. aqui
la rex est auium. bos est rex no̅ bn
iumentorum Quidam hebrei
pullulus exponunt. scilicet quia cum
bos ruminat putaret asinus
ipsum comedere et fame afficeret,
et deficeret. Non indueris vestimen
to, quod ex lana et lino est contextum
quia dicit Iosephus hec vestis solis sacer
dotibus concessa est. hii usque ad
obseruabant in diuersis pelles, nec lineam aliquam
vestem nisi filo laneo consuebant
Tradit quoque. Iosephus iumenta di
uersi generis prohibita commisceri
ne in iuria hoc transiret ad homines
vt pecudibus commisceri licitum
putarent. Multa enim in minoribus
prohibita sunt ne ad maiora prosilie

fieret accessus. **De electione amalech. xx.**

Precepit dominus ut cum dominaretur
in terra promissionis, dele
rent amalech de sub celo quia ipsi
transeuntibus per desertum primum
nocuerunt, extremos scilicet agminis,
idest fessos, et leprosos, et semi-
fluentes eos scilicet quibus non erat
fas ingredi castra, interficien
tes. et sic dixit dominus, hunc precep
tum ne obliviscaris. Quia ma-
gis quod transgressus est Saul, trans
latum est regnum de domo eius.
Item cum intraveris terram pro
missionis, tolles de cunctis frugibus
tuis primitias, et pones in car
tallo vase scilicet vimineo ibique ad
locum illum quem deus elegerit,
et facta oblatione, stans exadver
so altaris, gratias agens deo,
coram sacerdote quia liberavit
patrem tuum iacob assiro, cum per
sequeretur scilicet laban, et filios eius
de egipto et tandem dedit tibi ter
ram lacte, et melle manantem.
Hoc sic fiebat quidam tradunt, in
ingressu terre, sed singulis an-
nis tradit Iosephus. has gratiarum
actiones agendas in scenophegia
immo bis in die et vespere, et mane
iugiter esse testificanda ab eis,
dona dei dicit. Item cum transieris
iordanem. Edificabis altare
domino de lapidibus, quos ferrum non
tetigit et offeres hostias domino
et scribes super lapides, omnia verba
legis huius, plane et lucide.
Item prophetando enumeravit moyses
benedictiones, observantium
legem, et maledictiones trans
gressorum. in fine maledictorum prophetando
ait. Reducet te dominus classibus
in egiptum ibi venderis, hostibus tuis
in servos, et ancillas, et non erit

qui emat. In alexandria ut
dicit Iosephus, multa iam iudeorum sunt
vendita, et vix habuerunt em
tores. In hac recapitulatione ponit
Iosephus ne venenum aut mortiferum
quid nullus israelitarum habeat, et apud
quem inventum fuerit, moriatur.
Hoc faciens, quod ille secundum quod prius contin
prohibas parte. **De traditione deutro**

Fecit ...**nomii. xxi.**
recapitulatione,
tradidit moyses deuteronomium levitis,
ut ponerent eum in archa domini
ut in vii. anno remissionis le
geretur universis utriusque sexus
audientibus in diebus zenophegie a sum
mo sacerdote in edito, ut dicit Iosephus. [scenofegie] [i. in pulpito]
Itemque ait moyses scio intentionem
tuam, et cervicem durissimam.
Adhuc me vivente vobiscum semper
contentiose egistis, contra dominum. Multo
magis, cum mortuus fuero. Ideo
tamen moneo vos ne faciatis. Iam
vero quia in testimonium huius canonis [invoc]
nominavimus hominem deus est michi testi
monium ~~aut~~ in utile esset, quia
mortales sunt in mortalia elementa
in testimonium invoco. Locutusque
est moyses universo cetui, audiete
verba carminis huius. Audite [testes deo] [tios testimonii]
celi que loquor audiat terra verba oris mei. ~~Eum~~
~~sunt~~ hec verba, tamen ad litteram expo
nimus. Constituit terminos populorum
iuxta filios dei israel, idest, secundum numerum [numerum]
populorum que intraverunt egiptum
posuerat deus nationes linguarum.
hebreus sic legit. Constituit deus
terminos populorum secundum terminos filiorum israel.
constituit iuxta numerum, quem dederat israel [terre]
tanquam ~~est~~ numeravit alios quasi
viles, nunquam non distinxit. Illa e
dictio hec iuxta numerum angelorum dei. [xxxiii]
De ... Canticum testimonii. xxii. [De morte moy.]
Locutus
est dominus ad moysen eadem die.

vt resinnatur Constituit terminos etc. Iacob
in Septuaginta animabus descendit
in Egiptum, et tot sunt genera linguarum

Nos qui ita exponunt dicunt idest numerum salvan-
dorum prendit deus parem futurum numero
angelorum.

ascende ad montem abarim in
monte nebo. idest pillu transi
i ist.m et uide terram canaan et
moyse. Sed antequam ascenderet
moy, benedixit filios israhel. Bnd
eorum vero interpretur in mod.m hunc.
Dominus de syna venit et de seyr ortus
est nobis. Apparuit de monte pharan
ran, et in dextera eius lex ignea.
Tradunt hebrei, quod deus misit an
gelos suos ad ydumeos, et hys
mahelitas in pharam, et obtulit
illis legem suam quam cum recipere
nollent. venit ad iudeos in montem
syna cum multis milibus angelorum
datis benedictionibus omnium tri
buum. Ascendit moy super nebo | mōtem
usque in verticem ipsius, qui dicitur
vasga et ostendit ei dominus
omnem terram promissionis usque ad
mare novissimum partem australem
lem et latitudinem campi iericho.
que alio nomine dicitur civitatis pal
marum, usque segor. Mortuus est
autem ibi moy in terra moab,
domino iubente et sepeliuit eum
dominus in valle terre moab
et non cognouit homo sepulchrum
eius usque in hodiernum diem. quod ideo fecit
autumant hebrei ne ipsi moy pro
deo colerent quia proni erant
ad ydolatriam. Moy. cxx annorum
erat quando mortuus est nec dimi
tum caligauerat oculus eius nec
dentes eius moti sunt. et defleuerunt
eum filii israhel. xxx. diebus

Et
non
surrexit ultra propheta in xxxiiij
israel quam nosset dominus facie ad faciem.
idest adeo familiariter. Hoc capitulum
finale, ut asserunt, apposuit es
dras sicut ab illo loco, ascendit
moy, usque ad hunc locum, fertur
Iosue apposuisse. Hec verba que

locutus est moy. ad omnem israel idest
quibus corripuit israel. de x. tempta
tionibus quibus temptauerunt deum.
Vnde in numeris. et temptauerunt
me iam per x. vices. bis tempta
uerunt propter penuria. De prima
in exodo legitur. Ait populus ad moysen
Da nobis aquam, ut bibamus. De
secunda legitur, ut in numeris. Hec est aqua
contradictionis. et et has. ii. notauit hic.
cum dixit in solitudine. Bis etiam
temptauerunt in manna. Scilicet cum
seruauerunt in alterum diem. Vnde
in exodo. Nullus relinquat usque mane.
Secundo, cum collegerunt in sabbato, de quo
prius in exodo. venit die vij. et egres
si de populo ut colligerent, et non in
venerunt. has duas notauit cum
ait. Inter pharam, et tophel,
et laban. pharam interpretatur onager,
tophel stultitia, laban album
quasi diceret, dicant siluestres, et stul
tiberiu, temptauerunt deum, secundo albo
Dicat enim, ut legitur, manna quod se
men coriandri album. Due sequuntur
temptationes, carnium. De pri
ma in exodo. vespere comedetis
carnes, et mane saturabimini.
De secunda in numeris adhuc erant car
nes in dentibus eorum, et ecce furor
domini, concitatus est in populo, et et has
duas notauit, cum ait et assaroth,
que urbs iuxta sollitudinem in eius
territorio facta est secunda temptatio
in qua prima, sed intellige. nisi alie
temptaciones fuerunt singule,
nec ordine facte sunt sed nos post
diximus binas deinde singulas,
quarum vna fuit in campestribus,
quod mare rubeum. Vbi non crediderunt
moy dicenti. persecuturos egiptios se
post eos, sed sequi timuerunt. De hec
dicitur, patres nostri, non intellexerunt
mirabilia alia nominatur, nisi ait. v.
xi diebus de choreb, per viam montis

seyr. hebreus h3 .xi. dierum it(er) de
oreb, ad montem seyr. Tot .n.
dieb(us) a loco ydoli venerunt ad
montem. M(oyses) v(er)o cu(m) ascendisset
moy repetente, chananeus et
amalathites, p(er)cusserunt eos
usq(ue) horma. Unde moy in deut(eronomio).
Egressus amorreus p(er)cussit
nos, sicut solent apes, p(er)sequi,
et cecidit de seyr, usq(ue) ad horm(am).
Ultima n(ost)ro ubi ait, usq(ue) ad ca
des barne, ubi p(o)p(ulu)s uoluit in
egyptu(m) reddire, corripuit ergo
eos moy. de hys que fecerant
in solitudine et in campestribus
c(ontra) mare rubrum et c(etera). Incip(it) lib(er)

Liber yosue. cap(itulum) p(ri)mu(m).
Josue, a nomine (auctoris) cen
setur, q(ui) et ihesus est
Nam Josue, et ihesus
(idem) nomen. Congno
minatus est (autem) aut(em)
ap(er)te f(ilius) naue, vel iosue ben nun .i. fi(lius) naue
filius nu(n), q(uo)d id est. Congnomina
tus autem sic adderam i(n) filij
syrac p(ro)nepote i(esu) magni sacer
dotis, qui sc(ri)psit ecclasticum. Et
n(ota) q(uo)d sec(undu)m hebreos, h(ic) incipit
ordo ueteris testamenti q(ui)
distingunt vet(us) in tres ordines
p(ri)mu(m) vocant legem sec(undu)m p(ro)ph(et)as
3(ertium) agiographa. In lege, ponu(n)t .v.
libros moy. In p(ro)ph(et)is .viij. Josue,
iudicu(m) samuel, malachim, ysa
iam, ieremiam, ezechielem, .xij.
p(ro)ph(et)as. In agiog(ra)phis ponu(n)t .ix. li
bros veteres, qui sunt hy
d(icu)nt(ur) agiog(ra)pha. id est sc(ri)p(tur)e sc(ri)pta.
M(oyses) v(er)o nomen d(icitu)r est omnibus
sacre sc(ri)pture libris et quia hy
nouem, n(on) habuerunt eminen
tiam preceteris, sed q(uo)n(iam) agno
minaretur g(e)n(er)ali no(m)i(n)e contenti s(un)t
sicut h(ic) nome(n) c(on)fessor g(e)n(er)ale est
om(n)i(u)m sc(ri)p(tu)r(arum). T(ame)n quidam illor(um)

No(ta) Job, dauid, iij(or) lib(ri) salomonis, daniel, pa
lipomenon, esdras, hester
alij que supersunt, d(icu)n(tu)r
apocryphi scilicet liber
judith, machabeor(um) lib(ri),
sapie(ntia), ecclasticus, que
d(icitu)r c(om)posuit a ihu filio
sydrach et liber thobie,
et pastor hy d(icu)n(tu)r apo
c(r)ifi, quia eor(um) auctor ig(no)
ratur. S(ed) q(uia) (con)stat de v(er)itate
constat, ideo, ab ecc(lesi)a re
cipiunt(ur).

sed eminencia aliq(ua)m, q(ui) h(abe)nt,
alijs nominib(us) censentur. D(icu)nt(ur)
alij ap(osto)li, alij m(a)r(tir)es, et huiusm(od)i.
In hunc etiam mod(um), ultimus
ordo angelor(um) c(om)mu(n)i nomine om(n)i(um)
nu(n)cupatur. Orig(enes) aut(em) sec(undu)m grecos, origines
in primo ordi(n)e .vij. ponit libros
addens, p(en)tatheuco, Josue, iudic(um)
et uocat ordinem illum, eptatic(um).
abepta q(uo)d (est) septe(m), et theucos
q(uo)d (est) volumen. In quocu(m)q(ue) aute(m)
ordine, sit liber h(ic) historia non
mutatur. De Josue .i.

.i. c.
Factum
est, p(ost) morte(m) moy. et que
scente luctu p(o)p(u)li p(ro)p(ter) eo locu
t(us) est dominus ad iosue filiu(m) nu(n) dicens.
Moy. seruus me(us) mortuus est.
Surge et transi iordane(m) hu(n)c
tu et omnis isr(ae)l tecu(m) sicut fu
tum moy. i(ta) ero tecu(m) et eadem q(ue) et fuerat ei
q(ua)m moy(ses) promiserat, p(ro)misit ei. dei, ybis
Et n(ota) q(uia) cum dixit mortuus
est moy, sigillauit errorem q(uo)
rundam, dicentiu(m), moy raptum
esse, cu(m) elya et enoch q(uia) nullu(m)
uestigiu(m) mortis ei(us) relictum est
M(oyses) v(er)o addidit, seruus me(us)
destruit et alior(um) errorem, d(icen)tiu(m)
moy. da(m)pnat(um) eternalit(er), p(ro)pter
aq(uam) c(on)tradic(ti)o(n)is. M(oyses) v(er)o dixit, sur
ge. loco est, et n(on) s(ed)
dena est sedisse, ut (in)stituisse eu(m)
loqueret(ur) ei dominus. Tunc
precep(it) Josue, p(o)p(ul)o p(er) p(re)cones
p(ar)ate uobis cibaria q(uonia)m p(ost) die(m)
terciu(m), transibitis iordanem.
q(uo)d de cibarys alijs, intelligendu(m) est. a(nno) manna
q(uo)d in terciu(m) diem, reseruari n(on)
poterat. h(ic) de humano c(on)silio, dix(it)
Josue. N(am) .n. transierunt ior
danem, usq(ue) in .vij(m) diem. Ex
ploratores .n., quos tunc misit,
p(er) triduu(m) morati sunt p(ost) reddit(um)
quor(um) triduu(m) exspectauit p(o)p(ulu)s.

diminutionem agrum et preparavit
sibi cibaria, iuxta mandatum Jo
sue. Permisit autem dominus
ut sic aufferrare Josue ne de
inceps, sicut et ipse, sine domino consilio ag
grederetur, presertim cum dixis
set dominus moysi in electione eius
Josue succedet tibi. Pro eo si quid a
gere voluerit, eleazar consulet
dominum. Quod autem erraverit
patet. Ignorabant enim utrum in tercium
diem nubes attolleretur, sine cuius
motu non moverent castra. Qui
dam tamen asserunt hic participa
tionem deesse, nec mandatum esse
a Iosue, donec redirent nuncii.

De exploratoribus et Raab. ij.

Misit ergo Josue duos exploratores
de sechim in iericho. Ipse vero
itaque movit castra, et metatus
est ea spatio xl stadiorum
a iordane. Exploratores autem
sub simulatione cativitatis, diligenter
consideraverunt urbem, et in muni
ta loca eius invenerunt, declinaverunt
ad domum raab meretricis que
iuncta erat muro, et parte civi
tatis munitatum est autem regi
iericho venatum viros explora
tores adesse. Qui cum misisset ad
raab, ut educeret eos, abscon
dit eos in stipula lini, quod sic
cabat super murum, mentiens eos
egressos, dum clauderetur porta.
Dixitque nunciis, persequimini
eos per viam iordanis, et compre
hendetis. Tunc ascendens
ad viros, quos operuerat, di
xit eis. Novi quod dominus tradiderit
terram hanc vobis, que au
divimus facta pro vobis, a domino.
Iurate ergo michi per dominum,
ut quomodo ego feci vobis misericor
diam, sic et vos faciatis michi
et cum universa domo patris mei,
ut salvetis animas nostras et
universa que possidemus. At
illi iuraverunt. Tunc dimisit
eos mulier per funem coctineum de
fenestra domus que herebat muro
et ait eis latitate in montanis
tribus diebus, donec redeant qui
vos persecuntur. Qui dixerunt
ei non tenebimur iuramento,
si non collegeris, cum capietur
civitas, omnem domum tuam intra
et ligaveris hunc funem in fene
stra, ut hoc signo domum tuam
cognoscamus. Itaque post dies red
dierunt exploratores ad iosue,
narrantes omnia que sibi ac
ciderant. Josue vero, et elea
zar, et maiores populi ratum habuerunt
iuramentum eorum.

De transitu Jordanis. iij.

Postea tribus diebus evolu
tis, dixit iosue ad populum
sanctificamini, cras enim faciet
dominus inter nos mirabilia.
Diluculo vero, ait ad sacerdotes
Tollite archam, et precedite populum
spatium duum cubitorum milium,
ut videri possitis ab universis.
Cumque intraveritis partem ior
danis, state ibi ad instar pavi
menti. Cumque precederent
sacerdotes cum archa, seque
batur universa multitudo, par
vulis et mulieribus in medio col
locatis. Precedebantque ruben, gaad,
et dimidia tribus manasse, sicut
quod preceperat moyses, et erant xl
milia armatorum. In paralippomenon
legitur tamen lx, in quo multa scrip
torum vicio depravata sunt.
Recedentes autem ad iordanem,
reperunt eum in messem plus
in tribus annis, tercie solito exce
verat. Tamen per solutionem nivium in motibus

iordanis

ca. iij.

res.

quicunque exierit hostium
domus tue, sanguis eius
super caput eius erit, et erimus nos
alieni.

.i. in libris residuorum
que in libris regum deficiunt vel collecta sunt

fcã, tũ ꝓ ymbrem serotinum
datũ noviter. Cumque intumu-
erunt sacerdotes aquã steterũt
aque descendentes, ad instar
montis intumescentes. Appa-
rebant procul usque ad montem q̃
dicitur Sarthan. Inferiores
vero aque descenderunt in ma
re mortuum. Sacerdotes vero
stabant in medio fluminis cũ
archa, donec universus populus,
pertransiret alveũ. Et
elegit Josue .xii. viros singulis
tribubus, qui tulerant de loco, ubi
steterant sacerdotes .xii. lapi
des, iuxta numerum filiorũ isrl
in signũ. De sicco vero retulerant
in alveũ alios .xii. in actũ me
morialem transitus eorum. et
sunt ibi usque in hodiernum diẽ.
Dñe ... Ad quos & creditur demonstrasse
cũ dixit potens est dominus, de
lapidibus istis suscitare. Tũ ad il
suscitare filios abrahe — los, sicut nõ legitur, quos Josue — Jos et illos
transferre fecit de iordane. Cũ
transisset populus et archa post eos
reverse sunt aque in alveum
suũ. Ascendit de iordane pri
mo mense .x. die primi mensis
tollentesque secum .xii. lapides
fluvii, et castra metata sunt
in galgala, vel per .x. stadia a ie
richo ad orientem. l. vero stadiis
a iordane. Josue vero construxit
altare de lapidibus quos tulerãt,
et super illud postea sacrificavit
deo. Et nõ quia sicut legitur
in cronicis eusebii, sed hebreos,
ille annus erat iubileus et erã
quinquagesimus primus, inter
iubileos. et qui fluxissent ab ĩtio
mundi anni .ii. d. l. Singulis iubi
leis, per quinquagenos annos depu
tatis. Sed .lxx. vero longe plu
res anni fluxerant ab initio

mundi. Beda quoque in cronicis
suis, ponens numerũ annorũ,
sed hebraicam veritatem probat
predicta summa annorum .xii. annos
defuisse. De circumcisione galgalis

Eo tempore .iiii.
Ex precepto dñi circumcidit
Josue populum secundo, cultris lapideis
tũ hebreus sit novaculis acutis
ut intelligitur est, quod idem homo, iterum
circumcideretur. Sed parvuli qui na
ti erant in deserto per .xl. annos
incircumcisi erãt. Illi vero ex
mandato domini. Illi ex neglecta
parentum. Illi autem ex eadem
cautela, ne forte mox circumci
sis attolleretur nubes, et nõ
haberent progredi. et sic periclita
rentur parvuli. Facta autem circũ
cisione dixit dominus ad iosue
hodie abstuli a vobis opprobrium
egypti, id est prepucium, quod apud he
breos opprobrium erat in mũ
dicie gentiũ. Ob hoc vocatũ est
nomen loci collis preputiorum. vel
galgala, id est revelatio, quia si
gnificatio, sed illud facta est iudea
sanctificatio eius. potest tũ dici
opprobrium ablatum a vobis ser
vitus egypti, et labor deserti, quod
congruit, sed aliam nominis inter
pretationem. Interpretatur galga
la libertas. porro mansit populus
in castrorum loco, donec sana
rentur. et fecerunt phase .xiiii.
die ad vesperam in campestribus
iericho quod nõ dum [illegible] fecerant
fuerat. Primo in finibus egypti
scilicet ramasse. Secundo ad radicẽ
montis sina. Secundo anno egres
sionis. Exinde intermissum
fuerat, cũ circumcisione, usque ad
terram promissionis. et come
derunt, deficientibus terre, die
altero azimos panes, et polentã.

eiusdem anni. Est autem polen
ta, grana tosta, et manibus con
fricata, ad modum grani pilo tusi
et dicitur polenta. quasi pilleta
Quidam tamen tradunt polentam
esse pultes, de purgatissima fa
rina factas et dictam polentam,
quasi pollentam, a pollinе, quod est pur
gatissima farina statimque de
fecit eis manna, quo alti fue
rant xl. annis. De eversione ieri

Eadem nocte cho. vi.
te, cum esset vj.
iosue, in agro iericho ad
explorandum vidit virum contra
se stantem evaginato gladio,
et ait noster es, an adversariorum
Qui respondit nequaquam sed
princeps exercitus domini ego sum et
nunc venio et docuit eum angelus,
de modo capiendi civitatem et
quod eam, et universa illius fa
ceret anathema. Cumque adorasset
eum iosue, pronus in terram, dixit
ei angelus. Solve calciamentum
de pedibus tuis locus enim in quo stas
sanctus est quod intelligendum est,
sanctificatus est. Quia enim pollutus
erat in habitatione gentium ad
presentiam domini, per angelum,
sanctificatus est porro per nudita
tem pedum in huiusmodi locis
sanctis, et in penitentibus, potest non
ri innocentia, que talibus congruit
Sanctificantur supientes, iudicio di
luculo ante civitatem consilium angeli,
vij. sacerdotes. vij buccinis clan
gebant ante archam omnisque
exercitus armatus precedebat
archam et reliquus vulgus seque
batur eam. Circuierunt civita
tem, primo die azimorum semel et
in silencio, et redierunt in castra
sic fecerunt vj diebus. Die
autem vij. septies circuierunt et

in circuitu vij. dixit Josue ad populum
vociferamini et ascendite sicque civi
tatis anathema. preter aurum.
et argentum, es et ferrum quod cum
servabitur domino et primicias
opum necnon sola raab, cum suis
salvabitur. Igitur vociferante
populo, et clangentibus tubis muri
funditus corruerunt et ascendit
quisque per locum, qui contra se erat
et interfecerunt omne vivens
in ea et combusserunt eam, et omnem
suppellectilem in ea in tumulum
domino septimum. Raab vero ho
neratam muneribus cum omni domo
sua, receperunt in israhel in perpe
tuum. Quam procedente tempore,
duxit Salomon in uxorem princeps
in tribu iuda. Tunc im
precatus est Josue dicens maledictus,
qui reedificaverit iericho in primo
genito suo fundamenta illius ia
ciat, et in novissimo liberorum ponat por
tas eius quod impletum est ut post
liquebit. De lapidatione achor

Peccavit achor. vij.
Pro achor vel acham, filius charmi,
de tribu iuda tulit aliquid
de anathemate, clamidem cocci
neam, contextam auro hunc autem
secundum Josephum auri massam .i. cc siclos
tulitque, totidem siclos argenti
regulamque auream mille siclorum
Misitque viros Josue de iericho qui
exploraverunt civitatem hay,
que est iuxta bethel. Qui rever
tentes, dixerunt. Non ascendat
omnis populus. Sufficiunt enim iij milia
ad capiendam urbem. Josue tamen direxit
xxx milia. Qui cum ascen
dissent, terga vertentes per
si sunt a viris urbis hay, et cor
ruerunt ex eis xxxvi viri. Josue
vero scidit vestimenta sua, et
iacuit pronus coram archa, usque

Nota
Amgenuit boos. dum
illius qui genuit obeth
tres enim sunt
pater filius nepos
de se fuit boos et
ideo matheus tamen iiii
ponit

vel singulam

pro indignatione

ad vesperam. et senes populi cum
illo, saccis induti et liquefactum est
cor populi. Verebantur enim, ne ti-
mor eorum, qui invaserat chana-
neos, transiret in audaciam ad eos,
ut in impetum facerent in ipsos.
et dixit dominus ad iosue. quia
pollutus est populus anathemate,
nec ero cum eo, donec mundetur.
applica tribus populi ad te. et fac
sortem per tribus et familias,
et domus, et capita. et quemcumque
sors invenerit comburetur
igni, cum omni substantia sua. Quo
facto, invenit sors, tribum iude.
deinde familiam zare. tandem
domum charim. ad ultimum caput
achor. et dixit ei Josue. Fili da
gloriam deo, confitendo quod feceris.
Quo confesso, missi sunt nun-
cii, ad tentorium eius, qui pre-
fatam pecuniam, reconditam
in terra invenerunt, et retule-
runt ad populum. Tollens itaque Jo-
sue illum, cum universa domo eius
et iumentis, et universa sup-
pellectili, duxit eum in vallem
profundam. lapidavitque eum,
omnis israel. et cuncta, que illius
sunt igne consumpta sunt cum
illo. fecerunt super eum altum
acervum, qui permanet usque in pre-
sentem diem. Vocatumque
est nomen loci illius, vallis achor.
Nec putandus est populus neglexisse man-
datum domini, quo preceperat
eum comburendum. Nam in scrip-
tura sacra, ignis pro vehementi
pena accipi solet. ut in fornace
ferrea egipti. putant tamen dominum
precepisse, ipsum lapidari. et alia
que lapidibus obiri possent. cetera vero,
que non lapides sentirent, igne
cremanda. Tradit autem tamen Jo-
sue, fecisse hoc quadam consideratione,

quia videlicet penituit achor, et sic non
dignus igne iehennali. et sic
noluit eum exurere. qui dignus
igne non erat. vel si non penituerat
et dignus erat igne eterno. re-
servavit domino, penam ignis.
punivit quoque eum alio genere
pene, ne videretur punitus bis in idipsum.

De incendio hay. viii.

Postea surrexit Josue, et omnis
populus, cum eo, ut ascenderent in
hay. et premisit. xxx. milia virorum
inter bethel, et hai, ad occidentem.
Qui dimissis in loco insidiatoribus,
v. milibus. redierunt ad exercitum,
qui erat ad aquilonem. Rex
autem hai, festinans mane egredi,
cum omni populo suo, ignorans quod
post tergum, laterent insidie. Jo-
sue vero fugiens cum longius
pertraxisset eos, ab urbe, elevavit
clipeum, quem gerebat. Quo
viso, surrexerunt qui erant
in insidiis, et intrantes urbem,
incenderunt eam. Quibus egres-
sis post hostes, et Josue impetum
facientem in eos, ex utraque parte
cedebantur adversarii. et inter-
fecerunt omnes, a viro usque ad
mulierem, xii. milia hominum. predam
vero sibi diviserunt. suspenden-
tes regem hai in patibulo usque
ad vesperam. Tunc deponentes
eum, proiecerunt eum in introitu
civitatis, congesto super eum acervo
lapidum. succendentes quoque omnino
urbem, fecerunt eam in tumulum
sempiternum. hic preoccupat historia,
de altari illo, quod factum est, inter
garizim, et hebal. super quod scripsit
Josue deuteronomium, in benedictionibus
et maledictionibus factis super mon-
tes illos, de quibus suo loco, dicetur.

Convenienter dixit liba-
vit cum dominus de fornace
ferrea egipti.

Gaabonite [De dolo gaabanitarum. ix.] vero audientes quod fecerat Josue duabus urbibus, et quod ex mandato domini nulli parceret habitantium intra terram promissionis, nec amicitias faceret, callide cogitaverunt. Unde ad castra Israel miseruntque nuntios, qui de longinquo venientes, in argumento longi itineris ferebant veteres sotulares et pictaciis consutos, et vestes, et panes in sitarciis suis, qui erant duri et mucidi, et in frusta comminuti. Cumque venisset in Galgal, dixerunt ad Israel: De terra longinqua venimus, que est extra terram promissionis, que vobis sorte debetur. Servi vestri sumus, fedus inite nobiscum. Crediderunt eis filii Israel, et os domini non interrogaverunt. Initoque cum eis federe, iuraverunt Josue et Eleazar et omnes principes multitudinis. Post triduum cognovit se circumventum vero Israel a Gaabonitis. Moventesque castra venerunt ut everterent civitates eorum. Egressique sunt Gaabonite obviam eis, et ait Josue: Cur nos imposuistis nobis? Qui dixerunt: Timuimus valde, et de consilio providimus animabus nostris. Facite quod vobis bonum et rectum videtur. Tunc acclamavit populus esse fraudem iuramenti, quod per surreptionem factum erat, presertim cum dominus inhibuisset talibus confederari. Maiores vero quia iuraverant, pro religione iuris iurandi servanda, et pro iniuria populi sedando, sibi dispensaverunt, ut non haberent eos socios, sed servos aquarios, et qui sunt Nathinei, et lignarios, qui ligna cederent et aquas comportarent in usus altaris, in loco quem dominus elegisset. Quo facto reddiit Israel in Galgalis.

[De quinque regibus suspensis. x.]

Eo tempore regnabat in Jerusalem Adonisedech, qui interpretatur dominus iustus. Forte sic vocabantur reges Jerusalem, ut Salem et Melchisedech regem iusticie sonat. Qui cum audisset Gaabanitas confederatos Israel, timuit valde, et convocavit quatuor reges secum, et ascenderunt illi v. reges Amorreorum, et obsederunt Gaabaon. Obsessi autem miserunt ad Josue dicentes: Ascende cito, et libera nos. Qui tollens exercitum, irruit repente super eos, scilicet hostes, et conversi sunt in fugam per descensum vel descensum Bethoron, et dominus misit grandinem super eos, et plures occidit grando quam gladius. Videns autem Josue solem descendentem ad occasum, et lunam ascendentem, timens beneficio noctis evaderent hostes, clamavit ad dominum dicens: Sol contra Gabaon ne movearis, et luna contra vallem Haialon. Steteruntque sol et luna spatio unius diei. V. vero reges absconderunt se in spelunca urbis Maceda. Precepitque Josue sociis suis, et ait: Volvite saxa ad os spelunce, et apponite custodes. Vos autem persequimini hostes, ceciditque adversarios magna plaga. Reddiitque exercitus ad Josue in Maceda, ubi tunc erant castra sana et integro numero. Et ait Josue: Producite v. reges de spelunca. Quibus eductis, dixit ad principes exercitus: Ponite pedes super colla regum istorum, ne timete. Sic faciet dominus cunctis hostibus vestris. Quo facto, suspenderunt

Nota. Nec ante fuit nec postea tam longa dies. Sub Ezechia enim addite sunt x. hore, iste vero omnis dies.

reges in patibulis, depositos que
ad vesperam, proiecerunt eos in
speluncam, in qua latuerant, et
posuerunt super os eius saxa in tu
mulum sempiternum. Eademque
die percussit Iosue Macedam, et
regem eius, more Gabaon. Postea
vero vastavit Libnam et Lachis,
Eglon, quoque et Hebron, et Dabir,
et reversus est cum omni Israel
in Galgala. de xxiiii regibus l. v.
Quod suspensis .xi. XI
Quod cum audisset Iabin rex
Asor, misit ad omnes re
ges circumstantes. Congressique
sunt xxiiii reges cum turmis
suis habentes secum ccc milia armatorum
et x milia equitum et xx milia curruum et convenerunt
et convenerunt ad aquas Merom, et pugna
verunt contra Israel. Dixit dominus ad
Iosue: Ne timeas eos. Cras tradam
eos tibi vulnerandos, et eorum equos
subnervabis, et currus igne combures. Factumque
est ita. Percusseruntque omnes fi
lii Israhel preter eos qui se in
civitates munitissimas receperunt,
fecerant enim sibi Chananei plures
munitiones, paludes, adire, quia audie
rant egressionem Israel de Egypto, adver
sus que nec eas, nisi longo tempore, et
cum dolore labore obtinuit Israel.
Vastavit tamen universam terram
regionem, nulli etati hominum
parcens, aut sexui, ditatusque est quodam
modo ex hostium preda.

De altari in Ebal et prima distributione terre

Quinto anno XIII
iam transierat,
et transtulit Iosue a Galgalis locum
castrorum in Silo, et ibidem transtu
lit tabernaculum cum omni ornatu suo pro
loci et opportunitate, et inde pro
cessit in Sichem cum omni populo
et construxit in monte Hebal altare
domino, de lapidibus impolitis, ob

tulit super illud holocausta, et pa
cifica, scripsitque super illud deutero
nomium, quod quidam intelligunt man
data tantum deuteronomii, vel mediam partem.
Posuitque mediam partem populi super
montem Hebal, cum sacerdotibus,
et levitis, illamque mediam partem
in montem Garizim, cum sacerdo
tibus, et levitis, et acclamaverunt
sibi alternatim benedictiones et
maledictiones, sicut mandaverat
illis Moyses. Porro Iosephus tradit
Iosue maledicta, et benedicta in al
taribus scripta reliquisse. Quo facto
redierunt in Silo. Concessit autem
Iosue montana ad meridiem, que iam tribui Iude
acquisierant, et non sorte tradidit.
Effraim quoque cessit montana ad
aquilonem inter utrasque mediam tribum
Manasse collocatis. His tribubus
commisit terram aliis incastrum fina
nentibus cum quia bellicose erant,
tum quia digniores. Sciebat enim
inde regnum esse primum, et Manas
se, et Effraym. Benedixisse Ia
cob, beneficio Ioseph, patris eorum.
Sed tribus quoque Iosue, effracta erat,
et ideo dedit extra sortem, alium agrum
Sichem, quem dederat Iacob singula
riter filio suo Ioseph, et sepeliunt
ibi ossa Ioseph. Ieronimus tamen testa in Sichem
tur se vidisse sepulchra aliorum
xi patriarcharum, et credibile est
quod quaeque tribus sui patriarcham in
suam retulerit sortem. quod Ebron
Accessit. data est Caleph. xiiii.
autem Caleph, XIIII
filius Iefone ad Iosue, coram
omni populo, et ait: Nosti que locutus
est deus de me et de te ad Moysen, et
quod iuravit michi Moyses in reditu
de exploratione, dicens: Terra quam
calcaverit pes tuus, erit pos
sio tua in eternum, pollicitusque est
michi dominus terram, anni enim

quas x. p[r]ius acceperant in amorrea, de reliquis xxxviii [illegible]

enathim et audiente xl annis et v sunt ex
quo locutus est dominus verbum hoc, hodie lxxxv annorum,
sum sic valens, ut eo tempore valebam.
Benedixitque ei iosue, et tradidit ei ebron in
possessionem et quievit terra a preliis. Quomodo Josue divisit eam per sortem xii tribubus.
Tunc convenit iosue, et catervam in sylo, et ait.
Usquequo torpetis ignavia, ut terram quam promisit vobis dominus segete dividatis? Assumpsit de singulis tribubus tres
viros industrios, ad considerandum terram, dedit
eis x viros metiendi peritos, qui per artem
geometrie, quia latet, mandans eis, ut non solum
quantitate terram metirentur, sed secundum estimationem felicitatis terre, et quomodo esset ydonea. Nam sepe sunt
plus x iugera, quam c, et quod in septem redigeret
terre divisionem. Viri autem circueuntes terram, et estimantes vii partes, ad eum reversi sunt ad castra in
sylo, proiectis quibus sortibus, prima sors, angustissima
fuit, propter terre fertilitatem. Tulerunt autem iericho
et ierusalem, beniamin; ephraym vero medietati manasse;
vi(a) ysachar, vii zabulonitis, viii asari
tis, ix neptalim, ultima danitis. Et nota, quod
hic concessionem terre per fratrem, duabus tribubus et
dimidie, et traditionem per eam fratrem, secundum sortes, ix tribubus et dimidie, varie quidam legunt
auctores. Et non quod in [i. m.] das habuit terram, sine
sorte, et quod obtinuit ierusalem potius in etate iebuseum.
Non de concessione data sibi alibi legitur, quod beniamin
possedit ierusalem quod de dirime dein est. Et hic iosue
iosue, locutus est vii tribubus: usque quo torpetis
ignavia date iii viros, qui dividant terram
vobis. Cum hic omnibus dixisset vii tantum legitur dixisse, quia due tribus et dimidie, terram concessam
quam totam possidebat. Item quod hic nominem in
vi, divisis in ois accipiunt quidam dicunt iudam totam
terram promissionis et secundum auctoris dicitur, secundum quod
dicitur postea, iudam tributariam fecisse. Quidam
iuda tamen regnum iuda. ut in antiquitatibus iosephi,
quod archelaus regnaret in iuda. Quidam per
sola sorte iude in iuda. et ierusalem et sors
iude et beniamin. Si igitur et hic sit oblique videntur
auctores de tertia sors, secundum terram concessam, vel
traditam. Nam et iudas, et effrahim parte
maiore terre habuit concessam, quam traditam.
Soli autem duo, quia privilegiati, sine sorte terram
habuit ebron. Josue habuit thamata
vel tabinasara et etiam sichem, sed ioseph
hanc partem elegit sibi iosue post distributionem
omnibus fratrum tamquam bonus dispensator,

sed et levitis separavit xlviii civitates ad
inhitandum. Constituit civitates refugii:
hebron de iuda, sychem de effraim, cades de
neptalim. Tunc locuti sunt filii ioseph ad
iosue. Cur dedisti nobis quam possessionem unius
funiculi, cum simus tante multitudinis.
Dixitque iosue ad effraim, et manasse: populus
multus es, non eris contentus una sorte, sed transibis ad montem ultra tios precede et parate
locum. De irriguis que dantur a patre. xv.

Eo tempore ascendit caleph in terram sibi
traditam, et percussit in ebron, tres filios enach, et ascendentes inde obsedit civitatem
dabir, qui prius vocabatur cariatsepher, id est
civitas litterarum, quia ibi scriptores erant.
Dixitque caleph, qui invenisset multam, ait. Qui percussit hanc urbem et cepit, dabo ei axam
filiam meam in uxorem cum ea, et accepit eam
othoniel filius cenez, frater caleph iunior eo.
Erat autem, ut inquit frater tamen. Nam ille filius
iefonne, iste vero filius cenez dicitur, nisi forte pater eorum
binomius fuit. In paralipomenon
Dedit igitur caleph fratri
suo, filiam suam axam
in uxorem. Que cum pergeret
cum viro suo, admonita est a viro ut peteret a
patre suo agrum in convallibus. Suspiravit
que et flevit, ut sedebat in asino, cui caleph. Quid habes inquit at illa
sic hebron chariatarbe
id est civitas quatuor scilicet
cariathbaal id est civitas
muscarum vel civitas
idoli. Quod caleph maluit non
vanitate vocis suum
quod legem quam videt esse
nova cum filia fratris
nisi forte lex intelligatur de filiabus expresse
da mihi benedictionem: terram
arentem dedisti michi iunge et
irriguam. Dedit ei caleph irriguum superius et
inferius, et irriguum inferius, id est agros irriguos a
civitate ab oriente, et occidente. De reditu
duarum tribuum et dimidie.

Eodem tempore cum iam xiiii
hostilius. hic primus regum romanorum
purpura et fascibus usus est. Qui post
longam pacem bella reparavit. albanos
vegentes fidenates vincens adiecto mon-
te celio ampliavit urbem. tandem
cum domo sua fulmine conflagravit. De amon et
iosia. XXII

Duo et viginti annorum
erat cum regnare cepisset et du-
obus annis regnavit in ierusalem tri-
cesimo. xii. Qui fecit malum coram
domino sicut pater eius in iuventute sua
fecerat. et tetenderunt ei insidias sui in insi-
dias et interfecerunt eum in domo sua.
populus autem percussit eos qui interfecerant
regem et sepelierunt eum cum patre suo.
et statuerunt sibi regem iosiam filium eius

peo. viii. annorum erat iosias cum regnare
cepisset. et. xxxi regnum in ierusalem. et am
bulavit per omnes vias david patris sui non
declinavit ad dexteram vel sinistram. Octavo[decimo]
igitur regni sui anno qui erat et. xvi. eta
tis ut dicit Iosephus pietate et iusticiam mira
bilem in se tam demonstrabat. nam populum
iam revocabat ab
ydolatria et opera pa
tris velud senior emen
dabat. Porro regni
sui anno. xii omni ci
vitate et provinciam
a cultu ydolorum pur
gavit. ut nullum
vestigium ydolatrie
super esset. Scrutabatur
et domos ne quid late
ter remansisset suspectum. et iuvenis quidem
etate iusticiam coluit tamquam anime sue
meditacionem. Misitque in totam provin
ciam ut deferret munera ad reparacionem
templi pro sua voce unusquisque. et pro
posuit huic operi helchiam sacerdotem ma
gnum et amasiam qui erat super civita
tem et safan scribam. et facta est reparacio
templi fideliter et cum dilatione. Anno. xiii reg
ni iosie exorsus est prophetare Jeremias filius
helchie de sacerdotibus anathot in ter
ra beniamin tercio ab urbe miliario.
et prophetavit usque ad eversionem urbis. xl.
annis et uno. preter illud tempus quo in egyp
to prophetavit in thaphnis. et cum puer esset
dixit ei dominus prophetam in gentibus de
di te. Qui cum dixisset. a a a. nescio loqui
domine quia puer ego sum. misit domi
nus manum suam et tetigit os eius
et ait. Ecce dedi verba mea in ore tuo.
Ex tunc ... licet esset adolescens cepit prophetare
et per noctem mane consurgens et frequens
stans in atrio domus domini et atriis tem
pli. et ostendit ei dominus signum ever
sionis ierusalem quam predicabat. primum
signo significavit ei auctorem ulcionis
eversionis dominum. Ostendit enim
ei quasi furem vigilantem cum virga
ut depni[ficaret?] dormientes. Sic
enim dominus vigilabit ad puniendum

Jer. in paralypomenon dicit
archam eductam
de templo in diebus
achas per ydolis posi
tis in templo et
fuit in domo sellum
patris Jeremie prophetis
ananeel viri olde
prophetisse qui habita
bat in secunda urbis io
siam.

Unde ait virgam vigilantem ego video

populum suum. Secundo vero signo ostendit
ei dominus quod misit ad hoc ut esset
ollam succensam a facie aquilo
nis. et ait ab aquilone pandetur omne
malum super omnes habitatores huius
terre. id est caldeis qui iuxta situm ierusalem
veniunt ab aquilone. has duas vi
siones vidit sub iosia. de tercia incer
tum est. sed tamen putatur quod sub aliis re
gibus vidit. cum sit talis que sequitur.
Iusticia visione ostendit ei dominus
tam ex visionis non fuit sed fuit hec visio
ymaginaria sed corporalis. precepit enim deus
ut tolleret lumbare suum et abscon
deret illud super eufraten. et post multos di
es ex mandato domini revertens in
venit illud putrefactum et nulli usui ap
tum. et ait ei dominus. sic ad here
ret lumbare viri ad lumbos. Sic agglutina
vi michi domum israel et domum iuda. Et
quia recesserunt a me fornicando post deos
alienos. sic putrefient transeuntes in
captivitati. Reliqua autem suis locis te
tabimus. De [...] deuteronomii. xxiiii
Porro. xviii. anno regni iosie
precepit iosias elchie ut residu
um pecunie que oblata fuisset
ad templi reparacionem conflaret. et fierent
inde vasa ad ministerium domini. Cumque hel
chias diligenter omnia scrutaretur in
venit librum moysi in templo. forte
apud archam et invenit deutrono
mium quod moyses reponi fecerat. et mi
sit eum regi per manum saphan. Qui
cum legisset coram rege scidit rex ve
stimenta sua. Audivit enim maledictio
nes in transgressores legis et terribiles com
minaciones dei. quod si sequerentur y
dola eicerent eos de terra quam de
derat eis. sicut eiecerat amorreos a
facie eorum. et mirabatur rex quod
adhuc esset in terra et videbat imminere
captivitatem. Tunc precepit helchie
et viris prudentibus ut consulerent
dominum super se et super populum suum.
Qui descenderunt ad oldam prophe
tissam uxorem sellum qui habita
bat in ierusalem in secunda. id est in secundo ambitu mu

que fecerat ezechias de quo dicit sopho
nias et ululat ascha qui prophetauit
sub iosia de captiuitate unde non inue
nerunt ieremiam. uel potius nullus moni
ti ad hoc ieremias erat et sed olda. hec dicit deus.
Ecce adducam mala que scripta sunt
in libro regis super hunc et habitatores eius
quia irritauerunt me in cunctis operibus
manuum suarum. Succendetur indignati
o mea et non extinguetur. Regi autem
qui misit uos dicetis extinguetur.
hec dicit dominus. pro eo quod audisti uer
ba uoluminis et perterritum est cor tuum
et humiliatus es differtur hec mala
nec fient in diebus tuis et colligam
te ad patres tuos in pace quod non est intel
ligendum de pace sed ipsius regis. Ipse enim
occisus est a pharaone sed de pace populi. tem
pus quia inferret mala populo que con
minatus fuerat. His auditis mit
tens rex in omnem prouinciam congre
gauit omnem populum in ierusalem et stans su
pra gradus legit cunctis audienti
bus omnia uerba libri et percussit fedus co
ram domino et compulit omnes sacerdo
tes prestare ut leges moysi pro omnia custo
direnti et deleuit aruspices magi
cos omnes et omnia uestigia ydolatrie
redegit in puluerem. et uestigia que
dam serpentis enei quem contriuerat e
zechias. unde in prologo sophonie legitur
osias contriuisse eum et contaminauit
excelsa et uallem tophet et ignem
malorum forte ossa mortuorum ubicumque
sepulta. uel quelibet alia immunda ut potius
abhominabiles quam uenerabiles loci
appareret. Equos quoque solis et currus
quos depinxerant reges iuda in in
troitu templi iuxta exedram. Exedra
dicitur sedes in fenestris ante templum
nathanmalech eunuchi penitus destru
xit. Fecerant ubi uideri ydolum solis quasi pue
rum in sole quia nullum patitur senium sed coti
die renouatur. fecerant etiam et equos
et currum putantes ut hunc modum
helyam transtulisset et ascendens rex
in bethel super altare quod fecerat iero
boam combussit ossa sacerdotum et

aliorum prophetarum eruta de sepulchris excelso
rum uix uerbum prophete abdon. cuius
titulum cum legisset in sepulchro prece
pit ne mouerentur ossa eius. nec eti
am illius cum quo sepultus erat. Id
ipsum fecit in excelsis samarie et in urbi
bus manasse et effraym et symeon usque
in neptalim. ossa de tumulis excel
sorum eruta super altaria comburens. et
tam ossa quam altaria in puluerem
redigens. Hoc predictum erat de eo ante
annos .ccc.xlij. et reuersus in ierusalem
fecit phase. conuocans ad illud etiam
filios israel qui captiuitatem alio casu
redierant assyriorum anno mo effugantur
etiam de captiuitate alio casu redierant.
et tradunt ex eis fuisse natineorum .i. po
tantium aquam. Nonne sacerdotum phase ta
le a diebus iudicum. In paralipomenon legitur a die
bus samuelis. quod posset dici uitio scrip
torum esse et scriptum samuel pro
salomonis non id ipsum in iosue legitur.
potest autem intelligi quod samuel fecerit
phase et sed in hystoria non legatur. Quod
autem iudices fecerint phase certum est quia
moyses et iosue iudices fuerunt et factum
est hoc in phase ierusalem .xviii. anno
regni iosie. De morte iosie.

In diebus illis ascendit pharao nechao
rex egypti contra regem assyriorum.
audierat enim eum iam debilitatum
quia medi et babylonii a monarchia
eius recesserant et estimabat quod
de facili posset obtinere syriam. primo
aggressus est regem ardemo qui tunc
regnauit in charchamis. Descen
dit autem iosias in occursum eius pro
hibens ne transitum per iudeam
faciens et misit pharao ad iosiam di
cens. Quid michi et tibi rex iuda. non
aduersum te uenio ad eufraten propero
pharao. misit me dominus ad medos.
Sine me ne deus qui mecum interfi
ciat te. et non acquieuit iosias sed cum
rege ardemo componebat acies ut di
micaret aduersus regem pharaonem.
et forte dum transisset currum in marru
que sequebatur eum in more regio occisus

est a sagittariis in campis mageddo
et planxit israel lamentabili ardemo in mer
cati suo. unde dicitur illud. Erit plan
tus sicut planctus ardemo. Tradit
autem quod iuxta fontem et arborem oc
cisus est. qui statim aruerunt. et re
latus est in ierusalem et sepultus in mau
soleo patrum suorum. et planxit uni
uersus iuda et ierusalem et maxime iere
mias qui super eius exequias scripsit
threnos lamentabiles. Quomodo sedet so
la ciuitas etc. Quibus utebantur
cantores et cantrices super exequias
iosie et longis temporibus. Inde super io
siam eos replicabant. Quibus pos
tea super addidit iere. lamenta
tiones super excidio ciuitatis. Incide
IN diebus iosie IIIIus romanorum ncia.
rex ancus marcius nume nepos
ex filia auentinum montem et mon
tem ianiculum urbi addidit. supra ma
re XVI ab urbe miliario .I. ciuita
tem hostiam condidit. oraculo do do
neo pergamia uersa est. Quintus roma
norum rex tarquinius priscus qui se
rome edificauit muros cloacas
et capitolium extruxit ludos ro
manos instituit. Arion ydelphi
no athenas deportatus est. De ioa XXIIII
REliquit autem iosias chaz.
tres filios eliachim qui
et iechonias progenitum
XXV annorum. medium autem ioachaz
qui et sellum dictus est XXIII annorum
erat. Et IIIus mathathias erat VIII
annorum. Tulit autem populus medium fi
lium ioachaz et constituit eum re
gem pro patre suo. Qui tribus mensibus
tantum regnauit in ierusalem. Nam ut dicit paralipo.
ueniens rex egypti in ierusalem amouit
eum et apposuit mulctam terre C talen
ta argenti et unum auri. et constituit
regem pro eo fratrem eius primogenitum
eliachim sibi tributarium et mutato
nomine uocauit eum ioachim. ut
mutatio nominis esset subiectionis et
duxit secum ioachaz in solo spe
honorandi eum in egypto. Nam

cum uenisset in reblata uinxit eum
et ligauit. misit in carcerem in
egypto. porro ioachim XXV anno
rum erat cum regnare cepisset. et XI
annis regnauit in ierusalem. et fecit
malum coram domino iuxta
omnia que faciebant patres eius.
Cumque argueret eum urias pro
pheta commotus est ei ualde. et
fugit urias in egyptum et misit
post eum ioachim et reduxit eum
et morte turpissima interfecit eum.
Anno IIIIo regni ioachim cepit
regnare in babylone nabuchodo
nosor. qui uicto rege egypti tulit
omnia que fuerant eius a riuo e et transiens eufraten
gypti usque ad fluuium eufraten. omnem
syriam usque pelusium preter iude
am. Porro anno IIII ioachim locutus
est ieremias ad omnem populum iuda et ad ciues
ierusalem dicens. a XIII anno iosie locutus
sum uerba domini et hodie est XXIII an
nus et non audistis me. propterea hec
dicit dominus. adducam seruum meum
nabuch. super terram hanc. et super
omnes nationes que in circuitu eius
sunt. et seruient regi babylonis LXX
annis. Cumque impleti fuerint LXX
anni uisitabo super terram babylonis
et super terram chaldeorum iniquitatem
eorum et ponam illam in solitudines
sempiternas. et mirabantur quod tam au
dacter loqueretur. Nam et in principio regni
ioachim cum staret in atrio templi et
dixisset hec dicit dominus. Dabo domum
hanc sicut sylo et urbem hanc dabo
in maledictionem. apprehenderunt eum
sacerdotes et prophete et omnis populus dicentes
morte morietur. et ascenderunt de do
mo regis principes iuda et sederunt
in porta domus domini. et accusabant
sacerdotes et prophete ieremiam. Qui ait. misit
me dominus ut prophetarem aduersus
locum istum. Ecce in manibus uestris
sum. facite quod iustum est in oculis uestris
et liberauerunt eum principes a manibus
populi et maxime ahicham filio saphan
dicentes. quod micheas in diebus ezechie

Abacuc pph'a

sua pdicasset et missi pphe in diebz
regum. nec aliquid accepit pcessi s-
z honorati. Clauserunt tn principes
ierem ne pphe publice pdicaret. Dix-
qz iterum dominus ad ierem. Tolle uolu
men et scribe omnia uerba que locut'
sum aduersus iudam et alias gens
a diebz iosie usqz ad diem hanc. et uo
cauit ierem baruch filium nerie. et scpsit
baruch ex ore ierem. os simones dni. Et
dix ierem ad eum. Clausus sum nec
ualeo ingredi domu dni. Ingredere g-
tu et lege qd scpsisti in die ieiunii au
diente po et uniuersis qui ueniunt
de ciuitatibz suis. et fecit baruch sic
pcepat ei ierem. s. sepe legens i domo
domini. Factum e aut in anno .v. ioathim
mse .ix. pdicauerunt ieiunium omi
ppo in irlm et uniuersis qui confluxe
rant de iuda. et legit baruch sermo
nes ierem in uestibulo porte noue domus
dni. quos cum audisset filius gama
rie. micheas descendit ad seniores et
pncipes domus regis qui sedebant
in gazofilacio scribe. Qui cum nun
ciasset eis que audierat ad uocaue
runt ad se baruch. Qui cum legisset
omnia uerba coram eis obstupuert
et dixerunt ei. absconde te et ierem et
nemo sciat ubi sitis. et ingressi sunt
ad regem qui sedebat in domo ye
mali mse .ix. et posita erat arula
coram eo plena prunis. Cumqz le
gisset ~~omnia uerba~~ iudi filius natha
nie tres pagellas uel .e. scidit. rex uo
lumen scalpello scribe et piecit in igne
donec consumeretur contra dicentibz.
et pcepit rex filiis suis ut comphende
rent baruch. et ierem. dominus aut abscon
dit eos. et dixit iterum dominus ad ierem.
Scribe rursus in uolumine oms sermo
nes quos combussit ioachim. et sup
addes plures. et precipue ea que dix
dns contra ioachim. Non erit ex eo qui
sedeat sup solium dd. et cadauer eius
eicietur ad estum per diem et ad ge
lu p noctem. non plangent eum ue
sup frater. ue soror. i. non plangent

eum fr et soror dnis ue. Illa non crepa
bunt ei ue domine. ue ue inclite. se
pultura asini sepeliet. et putrescs
et piectus extra ptas irlm. De morte nabuchodonosor.

Factum est autem in anno ~~nabuchod~~.
viii. ioach. ipse est annus .iii.
nabuchodonosor. ascendit nabuch i
iudeam. et depopulabat eam. Rechabi
te autem qui habitabant in taberna
culis seorsum ab hominibz timentes
ascenderunt in irlm ut saluarent
animas suas. et dix dominus ad ierem.
Vade et introduces omnes rechabitas
in unam exedram thor iuxta domu
dni. et induxit eos in gazophilacium
filiorum anan. et posuit coram eis cy
phos et calices plenos uini dicens. bibite
Qui resp. non bibemus qr ionadab filius
rechab pr nr pcepit nobis dicens. Non
bibetis uinum uos et uxores ure et fi
lii uri usqz in sempiternum. domu
non edificabitis in tabernaculis habita
bitis cunctis diebz. ut uiuatis multis
diebz sr terram in qua peregrinamini. Et fa
ctum est dominus ad ierem. Dic habitatori
bus irlm hec dicit dns. Numquid non ac
cipietis disciplinam ut obediatis michi
sicut rechabite patri suo. ppterea indu
cam sup uos mala que locutus sum.
De stirpe uo rechab non deficiet uir stans
in conspectu meo. porro ascendisset nabuch i
irlm. cepit ioachim et ligauit eum et tra
hebat cum secum in babilone et no
biles cum eo. iu remittere ii imposuit
ei nabuch tributum et remisit eum
in irlm. s obsides traxit secum pluos
de semine regio. danielem et tres pueros
et suumit ei ioachim tribz annis. Sz
cum audisset rex egypti pugnare
uellet contra nabuch negauit ei tri
butum qd pmiserat. et ascendens rex
babilonis in irlm sbiicere sedis i tu
eam. Sz cum intrasset non sinauit. s
iuuenes fortissimos qs occidit una
cum rege ioachim. quem etiam ante muros
insepultum pieci iussit. et quia non fug
erunt ei fidem hostes ideo forte lib
bro uocat eos latrunculos dicens. Et mi

sit dominus in ioachim latrunculos
chaldeorum et syrie et moab et ammon ut
disperderet eum iuxta uerbum domini.
Quem stigmata inuenta sunt in corpore
occisi contra legem et nomen ydoli quod
colebat odonaserer. Et constituit nabuch.
filium eius ioachim regem iechoniam et ie
choniam. scilicet puer. viij. annorum erat ioachim
cum regnare cepisset et tribus tantum mensibus
et. x. diebus regnauit. Nam cum recessisset
nabuch timuit ne ioachim memor
necis patris adhereret egyptiis et pug
naret contra eum. et ideo rediit et ob
sedit ierusalem. Et ad uocem ieremie egressus
ioachim cum matre et cum omni domo sua
et principibus eius. et suscepit eos rex ba
bylonis anno. viij. regni sui. et tulit
uniuersa uasa aurea de domo domini.
et thesauros domus regie. et transtulit in baby
lonem cum rege et matre eius. de domo
regia circiter. ij. de principibus et uiris
robustis. vij. artifices et inclusores. mille
in summa. x. milia. Inter quos erat
mardocheus et ezechiel adhuc iuue
nis degens sacerdotium. Vnde tamen Iose
phus dicit quod tunc scripserat libros de fu
turo urbis excidio quos reliquid in iudea.
Isti qui sponte se tradiderunt pre
dicti sunt transmigratio iude. alij uero qui postea
per uiolentiam tracti sunt dicti capti
tas iude. Ab hanc transmigratione scilicet ab
viij. anno regni nabuch quidam in
choant numerare. lxx annos captiuita

Et constituit. de Sedechia. tis.
nabuch regem ierusalem pa
truum ioachim mathaniam
ut seruiret ei sub tributo interposita
religionis iuris iurandi. et mutato
nomine uocauit eum sedechiam. xxi. eta
tis annum agebat cum regnare cepisset et
xj. annis regnauit ierusalem et fecit ma
lum coram domino sicut ioachim frater eius.
Erat enim superbus cogitans ut adhere
ret regi egyptiorum et ei seruiret iuris iu
randum regi babylonis. Decipie
bant enim eum pseudo prophete dicentes in pro
ximo babylonios uincendos ab egyp
tijs. Cumque diceret ei ieremias ut spem poneret

in deo et non in homine. dixit ei dominus. De
scende in domum figuli et ibi audies
uerba mea. et descendit ipse. et figulus
faciebat opus super rotam. et dissipa
tum est uas in manibus eius. et conuersus fecit
de luto eodem alterum uas sicut placuit in
oculis eius. et dixit dominus ad ieremiam.
Dic domum iuda hec dicit dominus.
Numquid sicut facit figulus sic facere potero
uobis. Vt destruam et disperdam uos
et penitentes edificem et plantem. Item est.
in anno. iiij. sedechie miserunt ad eum
nuntios rex edom rex moab et rex am
mon rex tyri et sydonis petentes ut
pariter federati uniuersi tributa nega
rent regi babylonis. Et dixit dominus
ad ieremiam. Fac tibi chatenas ligneas.
id est retortas. vj. et pones unam in collo tuo
tuo et alias. v. dabis in manus nuntiorum
v. regum coram sedechia dicens. hec
dicit dominus. v. regibus et regi iude.
Ego feci terram et dedi eam ei qui
placuit in oculis meis. et nunc dedi
omnes terras istas in manu nabuch.
serui mei. Gens autem regnum quod non seruierit
ei in gladio et fame et peste uisitabo
super eos. Nolite audire uerba prophetarum
dicentium. Non seruietis regi babylonis
ne pereatis cum eis. Et cum compleuisset ieremias
mandatum domini coram sedechia ananias
propheta de gabaon. tulit de cathenam
de collo ieremie et confregit eam dicens. hec
dicit dominus. sic confringam regnum regis
babylonis de collo istorum gentium post
duos annos dierum. et referri faciam omnia
uasa domini. et reducam omnem transmigra
tionem iude ad locum istum. et ait ieremias amen.
Sic faciet. quod dominus. Id ipsum uelle se sed non pos
set. Veniens audi anania. Non misit
te et confidere fecisti populum istum in menda
cio. propterea hoc anno morieris. post. ij. men
ses dierum mortuus est ananias in anno
illo mense. vij. Nam predixerat ieremias in mense
v. Tunc sedechias ad mortem ananie
misit nuntios in babylonem cum tributo
et misit ieremias epistolam in manibus nun
tiorum secreto ad omnem transmigrationem
iude dicens. hec dicit dominus. Edificate domos

et plantate ortos ducite uxores et
tradite nuptum / et querite pacem ciuitatis
ad quas uos transmigrare feci / et ora
te pro ea dominum quia in pace illius erit pax
uestra. Non uos seducant prophete qui
in medio uestri sunt. qui promittunt uos
in breui redituros quia cum ceperint ipsi in
babylone .lxx. annos reducam uos
iersm
ad locum uestrum. hec autem dicit domi
nus ad achab filium culie et sedechi
am filium maasie qui prophetant uobis
mendacium / tradam eos in manum regis
babylonis et percutiet eos in oculis
uestris et assumetur ex eis maledictio omni
cui. ponet te dominus sicut sedechiam et
sicut achab quos frixit rex babylonis
in igne pro eo quod fecerunt stultitiam in israel
et mechati sunt in uxores amicorum
suorum et locuti sunt uerbum in nomine
meo quod non mandaui eis. Hos du
uo
os tradunt hebrei fuisse illos duos
senes qui infamabant susannam quos
postea diiudicauit daniel / nec obstat
e
quod rex babylonis eos frixisse dicatur cum
daniel dicat eos lapidatos. conuic
tos enim tradiderunt regi ad penam
que nomine ignis significata est. Cum
que redisset nuncius de babylone. attu
lerunt litteras ex parte pseudo prophetarum ad
sacerdotes iherusalem in hec uerba / posuit uos
dominus in domo sua super omnem uirum arreptitium
et prophetantem ut mittatis eum in neruum et
quare
in carcerem. et nunc quare non increpatis iere
miam qui scripsit nobis. Edificando qui nec
Edificate uobis domos
redibitis / et legit sophonias epistolam
cinua uo
coram sedechia in auribus ieremie. hec dicit dominus.
Et cum ieremias
Super eos quos transmigrare feci. uisita
bo uerbum bonum ut reducam eos. Et
uos autem qui non estis egressi cum eis im
mittam gladium et famem et pestem /
et ponam uos sicut ficus malas que come
di non possunt. Ostendit enim michi dominus signum
et quasi quis quereret quo fuit istud responsum dicit
et ecce duo calathi pleni ficis positi
ante templum. Et dixit dominus ad me.
Quid tu uides ieremia. et dixi ficus ficus bo
nas bonas ualde. et ait dominus. Sicut
malas malas ualde et
ficus hee bone sic cognoscam trans
migrationem quam emisi de loco isto

et reducam eos in terram hanc. Et
sicut ficus hee male. sic dabo sedechiam et
qui remanserunt in urbe hac in terra
cione et obprobrium omnibus regnis ter
De passione Ieremie
re. Et dixit iterum dominus ad ieremiam. Vade
et accipe laguunculam figuli testeam ~~ad et~~
duces tecum de senioribus sacerdotum.
et de senioribus populi ad uallem filiorum
ennon que iuxta introitum porte ficti
lis / et conteres lagunculam in oculis
eorum. et dices hec dicit dominus. Sic conte
ram locum istum et ciuitatem hanc.
Nec uocabitur amplius locus hic to
phet et uallis filiorum ennon sed ual
lis occisionis. Implebo enim cada
caui
ueribus ergo quod non sit alius locus ad se
peliendum. et uenit ieremias de tophet et
stetit in atrio domus domini et dixit
ad omnem populum. hec dicit dominus. Ecce indu
cam super ciuitatem hanc uniuersa
mala que locutus sum aduersus
eam. et indignatus phassur sacerdos
percussit ieremiam misit eum in neruum quod
erat in porta beniamin superiori domo
domini. Cumque illuxisset in crastinum /
eduxit eum phassur de neruo. et dixit ieremias
ie.
ad eum ~~rex~~. Non phassur uocauit
dominus nomen tuum sed pauorem undi
que. Interpretatur phassur uel fastor oris ni
gredo. quasi dicat. si habuisti oris in gredine
id est potestate imperandi malum. sed pa
uens undique captus deductus in ba
bylonem. et orauit ieremias ad dominum.
Domine deus exercituum qui uides re
nes et corda uideam ultionem ex eis
tibi enim reuelaui causam meam. d. iob

Porro in anno .v. sedechie regis
sedechie ipse annus transmigra
tionis ioachim exortus est
ezechiel propheta in babylone ad cap
tiuos priusquam acceperat epistolam iere
mie cuius prophetiam sic dixi. postea est
mur propter excidium urbis obitum se
mies porro in principio anni. ut sedechiam na
buch. quod obsedit iherusalem quia negauerat
ei sedechias tributum. quia misit sedechias
ad ieremiam phassur et sophoniam sacer
dotes dicens. Interroga pro nobis dominum

Hoc cap̄ prophauit
Baruch · ppħa

si forte faciat nobiscū mīam · Et fc̄m est sermo ad jer.
ħ dic̄ dn̄s · Dabo sedechiā regem iu-
da et filios eius et ppłm eius ī ma-
nu regis babyloīs et p̄ciet eos ī ore
gladij et n̄ flectetur neq; miserebit · neq;
parcet / et libere · ambulabat jer̄ ea-
dem clamans ī medio pp̄ · porro rex e-
gypti egressus ē de egypto cū exercitu
suo · q̄ solutus ē obsidionem ir̄lm / et
recessit rex babylonis a ir̄lm ī occur-
sum eius fugauit eum ī ore gladij
et de syria coegit exire · Cumq; deces-
sisset nabuch a ir̄lm miserunt ad
ppħe · jer̄ et deprehendebant sedechiam
dicentes / si reuertetur babylon · & redibit
transmigratio nr̄a ad nos · cum omni-
bz uasis dn̄i · Et q̄ dicta hijs et ista
loquebatur dicens · Tradet sedech in
manu regis bablonis et loquetur os
eius cū ore ipsius · et oculi eius oculos eius
uidebunt · et ī bablone ducet sedechiā ·
Impij n̄ dicebant / jer̄ ante excessis-
ti · Porro jer̄ strauit asinum suum
ut egrederetur ad anathot uicū suū · qui
xx · stadijs distat a ir̄lm · Cumq; puen-
isset ad portam beniamin caldeos pre-
apprehendit eū dicens / ad caldeos p̄-
fugis / et adduxit eum ad principes q̄
cesum miserunt in carcerem qui erat
in domo ionathe scribe / et sedit ibi
jer̄ multis diebz · Et uenit ad eum
ananehel sellum filius patrui ad ues-
tibulum carceris · Et ait · Eme agrū me-
um qui ē in anathot / tibi · competit he-
ditas tibi ppinquiori · et intellexit jer̄
q̄ uerbum dn̄i eēt · et emit agrum
ex appendens · vij · stateres · et · x · argen-
teos / et adhibuit testes et scripsit librum
possessionis signatum et stipulaciones et
rata et signa foris et / et rescriptū li-
brum fecit apertum / et ī oculis ananehel et
testium dedit libros baruch dicens ·
Sume librum empcionis hūc signatum
et librum hunc qui apertus ē et po-
ne eos in uase fictili ut permanere
possint diebz multis · hec enim dic dn̄s
ad huc possidebunt agri et uinee in
terra ista de qua dicitis q̄ deserta

erit · Ecce ē congregabo eos de uniuer-
sis terris ad quas eieci eos et reducam
eos ad locum istum / et habitabunt
confidenter et feriam cum eis pactum
sempiternum · De obsidione ir̄lm ·

Porro ix anno sedech · x · mense
die mensis · x · luna · xxij · reduxit
nabuzardam princeps exer-
citus babylonis · et principes nabuch
cū eo / et araiderunt ir̄lm et extruxerunt
in circuitu eius municiones et clausa
ē ciuitas · xvij · mensibz / prius autem
sedech · tulit jer̄ de carcere et interroga-
uit eum ī domo sua secreto dicens ·
putas ne ē sermo a dn̄o q̄ redeant cal-
dei · Qui ait ī manus regis babylonis
tradis · Sed obsecro domine mi rex ne
remittas me ī carcerem ionathe ne
moriar ibi / et precepit rex ut tradere-
tur in uestibulum carceris / et ut daretur
ei cottidie torta panis excepto pul-
mento donec consumerentur omnes panes de
ciuitate / et clamauit jer̄ · in uestibu-
lo carceris · Qui remanserint ī ciuitate
fame aut et gladio peribunt · qui con-
fugerint ad hostes quod ad in morte
declinabunt · et conuenerunt principes et
seniores ciuitatis ad regē dicentes · Roga-
mus te ut moriatur homo iste · De
industria · n · dissoluit manus uirorum
bellancium · plane mittitur cū dic / se-
dech · uiuus ducetur in bablone · Ezech
enim ī babylone prophauit · Sedech nō
uidebit babylonē · et rex ad eos · Ec-
ce ipse ī manibz uestris ē · Nec enim fas ē
regem uobis quidquam negare · Tulerunt
ergo rex et deposuerunt eum cū funibus
in lacū helchie in quo nō erat aqua
sz lutum / ut morte pessima suffocatus pe-
riret / et erat propheta in luto usq; ad gut-
tur / q̄ erat ei amarius omni morte ·
Tunc abdemelech ethyops uir eunuchus
de domo regis secreto dixit ad regē ·
peccare te fecerunt grauiter · Qui rex
Tolle tecum · xxx uiros · et leua prophe-
tam de lacu antequam moriatur · Qui
assumptis uiris tulit pannos ueteres
de domo regis qui computruerant et sic

No. Quia capta fuit civitas iiii mense ideo iudei pro patribus eorum exigentibus que acciderat iiii mense ieiunabant. et pro Godolias qui perfuit reliquis inde septimo mense occisus est ut habes infra c. Fam. est cum percussisset Jero. viii mense ieiunabat. et quia x mense denunciata est occasio Godolie his qui in capti. cant. ideo x mense ieiunabat. post quod pro ii capti re dderunt ieiunia hec post reversionem volebant sup q. Zacharia q. eis clarunt consultabat q. respondit eis ut legitur in Zacharia est ieiunium iiii et v mensis [illegible] vii [illegible] x erit vobis in gaudium et in solempnitates. Erat tamen prudenter dicens vocare alius vere [illegible]

misit eos in lacum per funiculos et dixit
ad Jer. pone veteres pannos sub cubitu
in manuum tuarum et super funes quo facto
eduxerunt eum de lacu et convocavit
eum rex secreto ad ostium tertium templi quod
erat in domo domini et ait. Interrogo te
ne abscondas a me ad annuncio tibi.
Qui dixit. si consilium dedero tibi non me
audies. Si autem interficies me. Et iu
ravit ei rex dicens. vivit dominus si occi
dam te. Nec tradam te in manus virorum
qui querunt animam tuam et ait Jere.
Si exieris ad principes babylonis sal
vus eris tu et domus tua. Si non exi
eris in civitas hec succendetur et tu cum domo
tua non effugies manus eorum. Et ait rex
faciam quod dicis. sed timeo contribules qui
transierunt ad caldeos ne forte accusent
me et tradar in manus eorum et illudant
michi. Et ait Jer. non tradidis. Tunc rex
inquid. Nullus sciat verba hec. Si quesi
erint quid locutus est tibi rex dices. Prostrav
i me coram rege ne reduceret me in carcerem

Interim deficiunt *fuga sedech* cem
victualia in civitate adeo ut mu
lieres comederent pullos suos
ad mensuram palmi. sicut legitur in tenis Jer.
Capta est autem civitas xi. anno Sedech
iiii mense ix. die mensis secundum Jose. et librum
Jer. ii. v. die et capta est civitas circa me
diam noctem. et sederunt principes baby
lonis in porta media. Fugit autem Sedech cum
omni domo sua nocte et principes et mi
li eius cum eo per viam orti regis. et igi
si sunt per viam deserti. Quod cum nunciatum es
set a quibusdam tradiciis principibus ba
bylonis persecuti sunt eum diluculo
et comprehenderunt eum in campo solitu
dinis iericontine. plebs autem principum
dispersi sunt et recesserunt ab eo. Ipsum vero
cum reliquis traxerunt ad regem babylo
nis in reblata. Qui locutus est cum eo
eo iudicium dicens eum ingratum
fuisse ab eo precepti impii solummitate.
et contra munificum hostiliter egisse de ie
rusalem in domini et ait. Magnus deus hominis tu
am nequitias odio te et tradidit in
et occidit filios eius coram ipso et sa

cerdotem summum sacerdotem cuius filium
iosedech reservavit. occiditque eunuchum
qui erat super viros bellatores et so
phar principem exercitus qui probabat
tyrones. et v. viros de hiis qui stete
rant coram rege. et tres de ianitoribus
templi et vi. viros probatos de vulgo
et iii. lx. de ioz. Oculos vero Sedech effo
dit et cathenis vinxit eum. ut adduce
ret eum in babylonem et cum eo iosedech.
et redierunt qui duxerant eos in reble
ta ad exercitum in iherusalem. *de incendio templi*
git iii. xi. anno Sedech. mense v. x. die
mensis ipse annus. xix. nabuch regis
babylonis nabuzardan incendit do
mum domini et regis domum et omnes domos
iherusalem et totum murum iherusalem destruxit. et
tulit omnia vasa domus domini et co
lumpnas duas et mare eneum. et li
gavit populum ut produceret eum in baby
lonem et isti predicti captivitatis unde
et tulit Jer. de vestibulo carceris de
quo mandatum acceperat nabuch in
hunc modum. Tolle illum et pone
super illum oculos tuos et ut voluerit
facies ei. et prefecit terre godolia filium ai
cham ut preesset pauperibus qui relicti
erant et agricolis et vinitoribus. ut red
derent singulis annis vectigalia re
gi babylonis. Sedit autem nabuzardan
in rama. et trahebant autem eum cathena
ti et tollens de medio eorum Jer. dixit
ad eum. Veni mecum in babylonem
et honerabo te. Quod si displicet tibi re
sidere. Omnis terra in conspectu tuo est. habita apud
godoliam et quocumque volueris ire vade.
et tradidit ei nabuzardan cibaria
et munuscula et dimisit eum. Sic et re
chabitas libere abire permisit. Sedit
itaque ieremias. et baruch notarius
eius in medio populi qui relictus fuerat.
Nabuzardan abiit in babylonem
trahens secum captivitatem. hec fuit ex
itus regni hebreorum et regnatum est
secundum iosephum in eo annis. d. et mensibus. vi.
et diebus. x. Si vero regnum non plene
d. et fuerunt in eo reges ad. xxi. Ab e
dificatione vero templi fluxerunt anni in cccc.

Bm
Notandum quod iiii mense fuit ad
dicti capta civitas
fuisse [illegible] Antiochi
a rex [illegible] dic
tus ab Julio [illegible]
et redendo xxx dies
i. mensem peregrinite
qui Sedechias perdux
erat ad regem et [illegible]
quinto mense incensa
fuit [illegible] de quibus
super eodem [illegible] facie
velo templi

Fuga sedech

.i. anthyocia

Et addidit

et lxx et menses vi et dies x ab egres-
su autem populi de egypto anni iii et lxxi et
menses vi et dies x fuerunt autem in tem-
plo per successionem xv summi sacerdotes
a sadoch quem instituit salomon usque ad
postremum iosedech quem interfecit rex babilo-
nis. De morte sedechie.

P Ostea nabuch cum intrasset
babilonem cum triumpho in carola
ut ultimas sollempnes
dies suis et sollempnizavit cum populo omnibus
x diebus. Cumque recumberent et hile-
rati essent precepit rex ut educeretur rex sedechias in
medium et cum decantoribus templi cum
eo qui psalleret coram convivantibus in
musicis instrumentis et caneret ymnos
decantacionis syon. Dixebant autem convi-
ve iudeis domus domini quorum quedam
nabuch consecravit ydolis suis quedam
vero sibi reservavit. Cumque darent psal-
lentibus potum precepit rex ut daretur
sedechie potus laxatis et coram omnibus igno-
miniose laxatus est et irrisum redux-
erunt ad carcerem qui nimio afflictus
dolore post paucos dies mortuus est et au-
diens nabuch causam mortis eius ex-
trahens eum de carcere regio honore
sepelivit.

I Ndiebus sedech
factum est extremum regnum iudeorum et exor-
dium v etas cuius anno ii factum est solis de-
fectio quam tales milesius predixerat. Judecia.
Indiebus captivitatis huius romanorum vi rex
tullius nobilis captive filius qui tres montes
urbi addidit quirinalem viminalem es-
quilinum fossas et muros duxit census
romanorum civium primus instituit tan-
dem occisus est a tarquinio superbo prisci
tarquinii filio. Eodem tempore apud grecos
vii sapientes sunt appellati. Declaratio. tot. rechor.
Hic loco dignum duximus
interponere contrarietates de decollacione anno-
rum regum iuda et regum israel et declaraciones
earum que nobis occurrerunt ut tandem hys-
toriam expediamus prosequamur. Invenitur
enim contrarietates decollacionis annorum
regum iuda et regum israel que numquam de-
terminari posset ubi non sint inventa detracta
cum unico scriptorum credimus accidisse qui

in temporibus nominibus et numeris sepe saluit.
Roboam et ieroboam primi coregna-
verunt annis xvii alter in iuda alter israel
~~alter in ierusalem~~ post roboam cepit regnare abya
filius eius in ierusalem xviii anno ieroboam qui
xxii annis regnavit in israel et conregnavit a-
bya ieroboam tribus annis quod synodoche dicen-
dum est hoc est duobus annis et aliqua parte
tercii qui erat xx ieroboam et in reliqua par-
te eiusdem anni cepit regnare asa filius
abya qui xli annis regnavit in ierusalem.
Anno secundo asa regnavit in israel nabath
filius ieroboam duobus annis id est uno anno et
in parte anni secundi qui adhuc erat tercius a-
sa et occidit eum baasa et cepit regna-
re in israel pro eo anno tercio asa et regnavit
xxiiii annis sicut plene sed cum regnas- tue
set usque ad xxvii annum asa et si reg-
navit nisi ad xxvi. hela filius ba-
asa cepit regnare in israel anno xxvi
regni asa et duobus annis regnavit id est uno
anno et in parte secundi anni qui erat xxvii aliquam
annus asa et in hoc eodem anno za-
bri interfecit hela et regnavit pro eo vii diebus.
Quo mortuo divisus est populus pars qui-
dam sequebatur tebni altera sequeba-
tur amri et prevaluit amri et regnavit xii
annis in israel. Sed notandum est quod contencio
de regno inter amri et tebni duravit per
tres annos et ultra. Quod statim dicit scrip-
tura quod amri cepit regnare xxxi anno regni
asa. Sic enim mortuo zambri statim cepisse
regnare amri cum electus fuit amri quod regnare
cepisset xxvii vel viii regni asa. Unde
postea dicit scriptura eum cepisse reg-
nare in hoc anno electionis sue cum dicit fili-
um eius achab cepisse regnare xxxviii regnare
regni asa. Sic enim quadraginta annis xii
regnavit amri et inchoavit regnare xxxi anno
asa. Inceptio est quod tunc solus et super totum
israel mortuo tebni cepit regnare. Quod dicit
regnasse eum xii annis a xxvii an-
no asa numerat quo israel eum in regem
elegit sed tempus extendit usque ad xxxviii
annum regni asa quo achab regnare incho-
avit. Huic sententie sequens scriptura con-
sonat que narrat iosephat filium
asa regnare cepisse iiii anno regni

et aza non in xli anno regni palam est quod amri super-
vixit aza per i annum quo achab succedens
patri in eo anno regnavit xxxviii anno regni
aza quod sic salvari potest si [illegible] amri
cepisse regnare xxxi anno aza.

achab qui fuit ultimus asa xli. Por
ro iosaphat rex in ierusalem xxv annis
an. anno xvii. othozias filius ach
ab cepit regnare in israel et duobus an
nis regnavit. huic quia filium non habuit
ioram successit in regno et cepit
regnare in israel anno ii. ioram filii
iosaphat qui xxv annis othozias
cepit regnare et duobus tantum annis regna
vit. Successor eius ioram anno secundo
ioram filii iosaphat regnare cepit.
postea statim in sequentibus sibi videtur scrip
tura quod xviii anno iosaphat ioram
filius achab regnare cepit. sed hec etas
solvi potest. Duo anni quibus regnare
dicitur othozias illi sunt quibus solus et
in columis antequam preciptum de
mus sue corruisset regnavit. reliqui
viii vel ix quibus eo languente frater eius
ioram amministrationem pro fratre languen
te suscepit. Scriptura vero quod dicit quod ioram
filius achab anno secundo ioram filii io
saphat regnavit. tempore quo solus io
ram defuncto fratre regnare cepit. attende
dum ex divisorum sane scripturis prophetarum
collectus tractatus libri regum.
unde est quod aliquotiens scriptura continet dubitate
initium inchoationis regni. regum
tam iuda quam israel a secundum quod ioram
autem filius achab xii annis regna
vit super israel. Illa vero scriptura que
postea dicit quod v anno ioram filii
achab regis israel regnavit ioram filius
iosaphat regis iuda tempore attendit quo
pro fratre adhuc vivente regni amministra
re cepit. Porro ioram filius iosaphat
xxxii annorum erat cum regnare cepisset
et viii annis regnavit in ierusalem. anno
xii ioram filii achab regni othozias fi
lius ioram regis iuda xxii annorum
erat cum regnare cepisset et uno anno
regnavit in ierusalem. Quidam videntes co
dices habent ioram filium iosaphat
xxii annorum quod esse tamen cum regnare ce
pisset. quod stare non posset. Si enim xxii
annorum erat tantum cum regnare cepis
set. et viii annis tantum regnavit. quod t
centenarius erat cum mortuus est. et filius
eius succedens iam xxii annorum e
rat. quod qui eum genuit ioram viii
annorum erat quod est impossibile. Tamen he
brei tradunt ioram filium iosaphat
xx annis regnasse. et xlii vixisse quod
videtur consonare illi littere que dicit eum xxii
annorum cum regnare cepisset. sed tamen di
cunt solos viii annos quibus innocenter
vixit antequam fratres suos occidisset illi in reg
num computatos a scriptura. Mortuo o
chozia mater eius athalia vi annis reg
navit in ierusalem. eisdem vi connregnavit
et iehu qui xxviii annis regnavit
in ierusalem anno vii iehu cepit regnare
in ierusalem ioas et xl annis regnavit.
Regnaverunt ergo pariter ioas in iuda et iehu
in israel xxii annis. Quibus finitis mor
tuus est iehu et successit ei in regnum ioa
chas filius eius. inchoans regnum xxiii an
no ioas regis iuda. et xvii annis
regnavit in israel. Sed secundum hoc in anno xxiii
ioas ioachas filius iehu cepit regnare
et annis xvii regnavit cum ioas xl an
nis tantum regnavit. Palam est quod usque ad
xxxix vel potius xl anni eius ioachas regna
vit. Quo vero statim insequenti dicit scrip
tura quod ioas filius ioachas anno xxx
vii ioas regis iuda regnare cepit. forte ipso
vivente patre filius cum patre regnavit. For
te scriptorum negligentia que in numeris sepe errat
hanc difficultatem genuit. Anno secundo
ioas regis israel regnavit amasias in
ierusalem xxix annis. Annus secundus ioas quo
amasias regnare cepit innuatur ex quo solus
defuncto patre regnavit. Vixit autem amasias rex
iuda postquam mortuus est ioas rex israel xv
annis et hic oritur questio. Supra dictum est quod
amasias anno secundo ioas regis israel reg
navit inchoans xxix annis regnum
ioas et xvi annis. xv iterum annis con
regnavit. Mortuo itaque ioas soli xiiii
anni supersunt amasie vel ad plus xv. forte
te erravit scriptor ponens xv pro xiiii vel
forte amasias vivens deiectus regno xx
xi annis vixit divitus quam regnavit. Por
ro anno xv amasie regnavit in israel
ieroboam anno xli. Sic itaque regnave
runt amasias in iuda ieroboam in israel ad

plus .xv. annis. Quid ergo est quod sequens
scriptura dicit quod .xxvii. anno ieroboam
regis ochozias filius amasie in ierusalem
forte .xv. annis iuda sine rege fuit. quod ut
diximus amasias uiuens regnum dimi
sit/ et ochozias adhuc paruulus regnare
non potuit. Mortuo uero patre cum .xvi. esset an
norum et iero in israel .xxvii. annum regni sui
inchoasset/ regnum cepit in ierusalem/ et .lii. annis
rexit. porro anno .xxxviii. ozie rexit uide
regnauit zacharias filius iero in israel .vi.
mensibus/ et hic oritur questio. Supra dictum est quod
anno .xxvii. iero qui .xli. anno regis o
zias regnare cepit et .lii. annis regnum .xxvii.
iter annis regnauit pariter ozias et io
Cui iero post .xli. annum defuncto si sta
tim zacharias filius eius in regnum succes
sit/ non in .xxxviii. sed in .xv. anno regni ozie
regnare cepit. Dicitur ergo regnum israel .xxii. an
nis sine rege fuit/ uel post pistos .xxii.
annos. Zacharias filius iero regnum. quia
tamen ille quod pessime uixit in regnum non est computa
tum. Soli autem .vi. menses quos correxit uixit
in .xxxviii. anno ozie illi sunt computati.
In .xxx. et .ix. anno ozie sellum occiso
zacharia regnum in israel uno mense. Eodem anno ma
naen occidit sellum et regnauit in israel .x.
annis. Anno .l. ozie phacee filius ro
melie phaceiam interfecit et regnauit in israel
.xx. annis. Anno .ii. phacee regnauit ioathan
in ierusalem. et .xvi. annis regnauit. quorum annis reg
num .xv. ad initium regni filii ionatha in iuda
et phacee in israel. et annus qui fuit ultimus
ioatham fuit phacee .xvii. et ita pha
cee regnauit post ionatham tribus annis
in quibus corregnauit ei achas filius
ioatham. Cum ergo legitur quod osee interfecit pha
cee et regnauit pro eo .xx. anno ioathan filii
ozie/ ex illo tempore regnauit ioathan septi
num quia patre leproso corregnauit uero a legi
tur anno .ii. phacee rexit/ et quod .xvi. annis
regnauit/ ab illo tempore nuntiat quo solus
mortuo patre rexit. porro .xii. anno achas
osee regnauit in israel .ix. annis. Si ergo
phacee et achas tribus tantum annis corre
gnauerunt ut dictum est. et anno .iiii. achas
occisus est phacee. et si osee occisor eius
non regnauit pro eo usque ad .xii. annum
achas/ sic regnum israel fuit .viii. annis
sine rege. Item per hec contrarietates et alie
siquas simillimas dissolui possunt uel per
synodochen/ uel quia quidam cum patribus
regnauerunt aliquando soli regnauerunt/ uel quod quandoque reg
na sine rege fuerunt. historia thobie

Hystoria thobie exordium in capti
uitate .x. tribuum habuit quam
fecit salmanasar. quo uero tempore finem
habuit non satis elucet. Uerumtamen
secundum litteram hystorie. thobias uixisse
post excidium ierusalem et incendium templi.
dicit enim in cantico suo. Ierusalem ciuitas domini ca
stigauit te dominus. Benedic dominum in bonis
seculorum ut reedificet in te tabernaculum suum.
et reuocet ad te omnes captiuos. In diebus
autem mortis sue ait quod predixerat filiis de
reditu captiuorum. ait terra deserta reple
bitur et domus dei que in ea incensa est iterum
reedificabitur. Si uero attendamus terminum
uite thobie. uel filii thobie fuit .ii. terminus
hostio que fuit ei terminus uite .ii. inuenie
mus descendisse uitam et hystoriam ad
plus ultra tempora iosie. Ponamus .ii. filium
eum patre captiuitatis .vi. anno ezechie
et annorum esse cum .xxix. annis tantum uix
erit/ et .xx. annum iosie mortuus est. Hanc
hystoriam transtulit ieronimus de sermone cald
eorum in latinum ad petitionem cromatii et he
liodori episcoporum. hanc hystoriam iudei inter
apocrifa ponunt. Ieronimus tamen in prologo suo dicit
inter agiographa. Cum si esset tunc esset intro
ordine canonis uel est in strumenti. Sed quod
de nullo ordine est dicitur quod ieronimus diffinitus
accepit agiographa ut includeret etiam
apocrifa/ et quod uisa est lingua caldeorum he
braico sermone similis. ideo utriusque lingue
peritum loquentem elegit ieronimus/ et quid ille hebreis
uerbis expressit latino sermone exposuit si
breui et quod unius diei labore. de tribu thobie

Porro thobias ex tribu
neptalim fuit cuius ceteri adui
tulos aureos quos fecerat iero
ieroboam ipse ascendebat in ierusalem ut adoraret
dominum israel primitias et decimas fideliter
offerebat. ita ut in tertio anno proselitis pro
selitis fuit qui de uno ritu transierit ad
alium de gentilismo in iudaismum et eo

p baconem

uso. et aduenis omnem ministraret deci-
mationem. et in omnibus legem dei pu(er)
obseruabat. Factus est autem uir accepit sibi uxo-
rem annam de tribu sua et susceptum
ex ea filium nomine suo uocauit thobi-
am. Captus quidem cum uxore et filio
habitauit in niniue et custodiuit animam
suam ne contaminaretur in cibis gen-
tilium. Sed contribules suos non custodien-
tes se arguebat. et dedit dominus sibi
gratiam in oculis salmanasar. Qui dedit
ei potestatem quocumque uellet ad concap-
tiuos ire. et circa eos facere quecumque uoluis-
set. Cumque deambularet per regionem
et captiuis daret monita salutis, deue-
nit in rages ciuitatem medorum. et inue-
nit in ea quendam contribulem suum gabelum
egentem. et reliquit ei sub cyrographo .x.
talenta argenti que habebat ex hiis
a quibus fuerat a rege honoratus. Mor-
tuo autem salmanasar cum filius eius se-
nacherib filios israel haberet exosos, thobias
consolabatur eos et egenis ministrabat.
Cumque reuersus esset senacherib a iudea fu-
giens manum domini iratus multos
hebreorum fecit occidi. Quorum corpora tobias se-
peliuit. Qui cum nuntiatum esset regi tulit
omnem substantiam eius. et eum iussit occidi. To-
bias uero cum uxore et filio fugiens latuit
quia multi diligebant eum. Post .xlv.
dies cum esset occisus rex a filiis suis re-
diit thobias in domum suam. et restituta est
ei ablata. Porro in quodam die festo cum
paratum esset prandium apud thobiam dixit
filio suo. Vade et adduc aliquos de tri-
bu nostra timentes deum ut comedant nobis-
cum. Qui reuersus nuntiauit ex hebreis
iugulatum iacere in platea. et exiliens
thobias ieiunus peruenit ad corpus et tulit
occulte in domum suam. et comedit pa-
nem in luctu et tremore, et cum sol occu-
buisset sepeliuit eum, et arguebant
eum proximi sui dicentes huius rei causa interfici ius-
sus es et iterum sepelis mortuos. Sed tho-
bias plus timens deum quam regem sepul-
ture occisorum sollicitius instabat. Con-
tigit ergo ut quadam die fatigatus a sepul-
tura rediens domum iactaret se iuxta

parietem et obdormiuit, et ex nido hirun-
dinum calida stercora super oculos eius
ceciderunt et factus est cecus. Hoc autem permi-
sit deus sed ad eius probationem et ad exem-
plum ipsius patientie imperiturum. Nam in omni-
bus benedixit deum sicut et beatus iob. Nam et
parentes suos insultantes ei increpauit
dicens. Nolite loqui ita. filii sanctorum su-
mus et uitam illam expectamus quam
deus daturus est fidelibus suis. Anna uero uxor
eius ibat ad textrinum opus cotidie
et quod de labore manuum suarum consequi
poterat deferebat. Factum est autem ut he-
dum accipiens detulisset domum, cuius
balatum uir audiens ait. Videte ne
furtiuus sit. Ad hoc irata uxor ait. Manifes-
te uana facta est spes tua et elemosine tue per-
ierunt. et ingemuit thobias cum lacrimis
dicens, et nunc domine secundum uoluntatem tuam
fac mecum et precipe in pace recipi spiritum
meum. expedit enim michi magis mo-
ri quam uiuere. Eadem die contigit ut sara
filia raguel in ciuitate medorum audie-
rat improperium ab una ancillarum su-
arum, quam increpabat dicenti sibi. In-
terfectrix uirorum tuorum numquid occidere
me uelis sicut occidisti .vii. uiros, fu-
erat enim tradita .vii. uiris et demo-
nium nomine asmodeus occidebat eos mox
ut ingressi fuerant. Ascendens ergo sara
in superius cubiculum et tribus diebus non man-
ducans nec bibens in oratione persistens
ait. Peto domine deus patrum nostrorum ut
de uinculo huius improperii absoluas me.
aut certe desuper terram eripias me.
In illo tempore exaudite sunt preces amborum
in conspectu domini, et missus est angelus raphael
ut curaret ambos. Igitur cum thobias puta-
ret se exauditum ut moreretur ait fi-
lium suum. Audi fili mi uerba mea
et ea in corde tuo quasi fundamenta construe.
Cum mortuus fuero sepelias me et honorem
habebis matris tue dum uixerit. Mor-
tuam circa me sepelies eam. Omni
tempore benedic dominum fili mi et sua man-
data eius, et de substantia tua fac elemosinam. Que
elemosina ab omni peccato liberat et magnam
prestat fiduciam coram deo omnibus facien-

tibi eam. Attende tibi fili mi ab omni
fornicatione et a superbia a qua sump
sit initium omnis perditio. Consilium a sapi
ente perquire a peccatoribus declina. Mer
ces mercenarii non maneat apud te. Noli
timere fili mi quia pauperem uitam gerimus
sed multa bona habebimus si timuerimus
deum. Preterea scito quod dedi gabelo .x. talen
ta argenti in rages cuius cyrographum
penes me habeo. Perquire quem tibi fidelem
uirum qui eat saluis mercede sua
ut restituas gabelo cyrographum
suum et ipse restituet tibi depositum.
Tunc egressus thob inuenit iuuenem
succinctum. Et quod aditus patiu ignorans
quod angelus dei esset. Cumque accepisset ab
eo quod omnem regionem medorum nouisset et
rages ciuitatem et gabellum habitantem
in ea, introduxit eum ad patrem suum et
salutauit eum dicens. Gaudium sit tibi
semper. Qui respondit. Quale michi erit gau
dium qui lumen celi non uideo. Cui iu
uenis: forti animo esto in proximo est ut a
deo cureris. Et ait thob: poteris perducere
filium meum ad gabellum? Qui respondit.
Ego ducam eum et reducam ad te in
columem et sanum. Cumque quereret tob ab
eo tribum eius et domum et nomen respondit. Ex fi
liis israel ego sum azarias ananie
magni filius. Per totum secundum interpretationem
uerum est. Erat enim de angelis uidentibus
deum. Et erat azarias id est adiutor et filius
lxx annos desolationis templi dicens. secundum
nos nullos usque ad xx annum cyri colliga
tur omne tempus captivitatis. Anni lxx a xiii
anno ioachim filii iosie. porro secundum alios ab anno
xiii iosie usque ad primum annum cyri colligun
tur anni captivitatis lxx anni. Horum opinio
ni glo. Ier. super ezech. ubi agitur de dormitione
super latus dextrum dicens. quod post annum cyri
fluxerunt anni desolationis templi xxx.
porro priorum opinio de anno lxx magis rata
est et pluribus auctoribus sancita. Sola zacharie
auctoritas nos mouet. Iste est lxx annus.
et quis forte dedicari potest ut ita accipiat
de preterito, quasi diceret: lxx annus iste est scilicet et famo
sus iam dudum forte dictus est in zach. lxx an
nus non captivitatis sed v etatis quae secundum
hebreos inchoauit anno xxx ante
cyri monarchiam. De reedificatione templi

Porro in anno regressionis
in iudeam congregatus populus quasi uir
unus in ierusalem et edificantes
altare collocauerunt illud super bases suas
obtulerunt super eo holocausta domino
mane et uespere feceruntque sollempnita
tem tabernaculorum. Unde uero haberent ignem nesci
mus, nisi forte ex calcibus ueteris altaris
excussissent illum. Anno autem secundo mense secundo iecerunt
fundamenta templi. Quod audientes samari
te uenerunt ad eos et dixerunt. Edifice
mus uobiscum quia sicut uos querimus dominum uestrum.
et hii dicentes israel. Non est nobis et uobis ado
rare deum, sed nos ei domum edificare. Sicut nobis
tamen rex cyrus precepit. Cumque appuisset fun
damenta super terram eleuauit populus uocem
in iubilo. Porro quidam seniores qui
uiderant templum prius eiulabant
uoce magna nec poterat quisquam agno
scere clamorem letantium. Porro samari

in planctu eiulancium.

te indignati impediebant manus eorum. Cum
que per se impedire non possent, dederunt mu
nera principibus regis persarum qui erant po
siti super terram, qui pretio corrupti uen
diderunt negligentiam edificationis cyro tamen
ignorante. et adeo impedierunt eos quod
xxx annis quibus cyrus regnauit non e
rexerunt muros templi nisi usque ad podi
aciem. porro cyrus cum [illegible] certu
iuxta fluuium [illegible] gentem lectorum bellicosissi
mam astute redegit in concordiam. Tradi
dit enim eis sollempnitates et ludos, pre
cipiens eis ut lusibus et comessationibus et
amplexibus uacaret. Quam benivolentiam eis
cum inhibuisset ingenio eos curauit, et quos
bello non poterat per libidinem expugnauit.
Postea uero transgressus araxen a regina mas
sagetarum thamari uictus occisus est, quae
caput illius positum in utre pleno sanguine
humano proiciens dixit: Satiare sanguine
quem sitisti. Incidentia.

Temporibus cyri vii romanorum tarquinius super
bus, qui cum tarquinii minoris filii sui quod
lucreciam corrupat a regno est expulsus, hic
genera tormentorum excogitauit: uincla, taureas,
fustes, lautumias, carceres, compedes, exilia, ge
nus flagelli decoris. De Cambise.

Mortuo cyro successit ei filius eius
cambises qui apud esdram artaxerses
uel assuerus dicitur. In hystoria uero iudith
uocatur nabuch. Tunc principes terre qui
impediebant hebreos scilicet rebelleem quem
iosephus dicit scriptorem omnium incidentium, et alii
qui inhabitabant syriam et phenicem
et omnes regiones ultra eufraten scripse
runt cambisi quod iudei reedificabant ierusalem
urbem pessimam et semper regibus persarum rebel
lem et templum ad similitudinem castri
que ob rebellionem prius destructa fuerat. Quod
si reedificata steterit negaret regi tributa
et annonas, nec pateret regi transitus in sy
riam. Hanc causam dicebant se commemorare
ei, quia memores erant salis quod in palacio
comederant, consulentes ut interdiceret reedifi
cationem hebreis. Quibus acquiescens cam
bises potenter interdixit eam per epistolas. Et
intermissum est opus dei in ierusalem usque ad
secundum annum darii. Porro sub cambise factum est

consimile

Desolacionis vero templi sub dario rege complentur lxx.

notus

reedificacio

Nota quod hic est festum [illegible]

Lucrecie

qd in hysto iudith scribe. **Incipit historia de Judith.**

Hanc hystoriam
transtulit Ierom ad petitionem Pau-
le et Eustochii de caldeo in latinum.
hic lib' ap hebreos int' hystoriographa computat'
et int' apocrifa qd d' Ierom in prologo qui
sic inchoat. xxij. lras et c. Sed q' in prolo-
go s' uidit aliam legit int' apocrifa iure
e septoris qd in ipso titulo deprehendi pt q'
sinodus nicena in nuo scarum scripturarum recepit.
Transtulit aut eum pp uarias et corrup-
tas editiones magis sensum ex sensu qm
ubu ex ubo sequens. Mortuo itaque cyro
quida arphaxat medus in ecbathanis surrex'
et reparauit eam et muniuit inexpugna-
bilr quasda ptes medie sibi conciliaus u'
tande toti medie imparet. Nabuch u' rex
assyriorum qui regnauit in niniue anno
xij. regni sui obtinuit arphaxat i campo
ragau quie e int' eufrate et tygri. h' e ca-
bise cui pr adhuc uiues niniue et reg-
num assyriorum cocessit. et nabuch cogno-
minauit. h' mortuo pre xij. ulti' regni anni
agebat. Nam in regno monarchie n n'
viij. annis regnauit. Qui p' qm frs
e in barch' exaltatum e cor eius et
misit ad omnes qui habitabant in cilicia
et damasco et libano et carmelo gal-
ilea et samaria uenitque in irlm exi-
gens ab eis tributa longe grauiora qm
pres sui. Qui omnes uno aio contradix-
erunt. Tunc iratus rex iurauit p thronu
suum qd defenderet se ab omnibus. Ig' a
no xiij. regni sui precep holoferni princi-
pi militie ut egrederetur ad regiones
illas ut nulli hoim ul' ciuitatum p-
ceret ocls eius. Qui egressus e cu ex-
citu et operuit faciem terre sic locuste.
Qui cu uastasset ciliciam et mesopota-
miam et madianitas misint ad eum
principes ciuitatum dicentes. Desinat in-
dignatio tua circa nos. Melius nob patif
uis et uiue seruitio nro sic placuit t.
et descendit de montibus cu uirtute mag'
et obtinuit omnes ciuitates et destrux'
excelsa et omnes deos exstirpauit sic u' precepe-
rat cambises. i. nabuch. Ut nominaret
ipse solus ds dicet' ab hijs nationibus

q' potuissent ab holofernis potentia subiuga-
ri. et audientes filij isrl timuerunt ual-
de ne sicut faceret in irlm et in scuario
dei et miserunt i fis terre p quos poterat
ire in irlm ut muniret angustias uiarum
et humiliauint se coram dno ad exhor-
tationem eliachim sacerdotis filij. i. filij io-
sedech ul' forte altius qui ipse i' cu co-
mittebat ad exhortationem filiorum isrl
i montib et operuerunt sacerdotes al-
tare dni cilicio et ipsi mane et cilicio
offerebant holocausta et clamauint
ad dnm. Nuntiatu qz e holoferni qz filij
isrl pararent se ad resistendu et montiu i-
tinera conclusissent et uocauit duces a-
mon et moab dicens. Quis pplus e iste
qui montana obsidet aut q' e uirtus
eorum. Tunc achior dux filiorum amon. [illegible]
replicans qm p' uenissent in terra cha-
naam tpe abraham. Cumque descen-
disset in egyptum reduxerat eos ds
eorum in terram pmissam. Qui cu pla-
catus erat eis nemo poterat eis resistere
cu u irritabant eu flagellabat eos
qz ds erat odiens iniquitate. Nup a'
au reduxerat eos i irlm de seruitute cu
tradiderat eos pp pecca sua et sic obti-
nent montana. h' addidit achior p-
tare si ds eorum offensus sit eis et potis
eos expugnare alioqn n prualebimus.
et iratus holofernes dix' ut ondam q' ds
n e n' nabuch ex hac hora pp illorum soci-
abis ut cu ill' pereas. Tunc precep
holofernes suis ut ducerent eum in betu-
liam an qua castra metatus fuerat.
Cum ferrent eum fundibularij egressi
sunt aduersus eos. et timentes ligauerunt
achior ad arborem et recesserunt. Fundi-
bularij uo soluentes eum statuunt in
medio ppli et seniorum. Misant quippe de
irlm in betuliam duos sacerdotes et prin-
cipem oziam de tribu iuda symeon. Cu-
qz exposuisset eis achior qz transmissus
erat ab holoferne ad eos recepit eu ozi-
as in domum suam. Scdm e autem ut n' u ei
ret holofernes ductus aquarum qui flu-
ebant in ciuitate pauculas que bibe-
bant aquam de alueo prope fontes muri

los aqueductus. et incisio aque ductu
aque ductu abstulit eis aquas. Erant
autem non longe a muris fonticuli quibus ci
ues furtim utebantur ad refocillandum
potius quam ad bibendum. et dixerunt amo
nite ad holofernem. Siuis eos obtinere
sine bello et sanguine appone fontibus
custodes et ad posuit. et defecit aqua
de cisternis per xx dies et clamauit
populus ad eos qui uenerant de iherusalem. Iu
dicet deus inter nos et uos. Melius erat
nobis seruire holoferni quam siti perire. et
dixerunt sacerdotes. Sustineamus ad
huc per v dies. si forte faciet nobiscum
deus misericordiam. Erat autem in ciuitate iudith
uidua tribus annis mulier pulchra nimis
sed casta de tribu ruben. que cum audisset sacer
dotes reprehendit quod temptassent deum.
et ieiunauit diebus uite sue et ait eos. Opus
dei futurum sum quod nunc indicabo nobis. Sta
te hac nocte ad portas ciuitatis et ori
as uobiscum ut egrediar per manus ues
tras. Cumque illi abissent orauit ad
dominum dicens. Domine deus patris mei syme
on qui dedit ei gladium in alienigenas
dirige manus ancille tue. nec contem
dauit factum symeonis confessatus est
iacob. sed ultionem faciam per manus im
pii. Cumque orasset leuauit se et unxe
runt optimo et induit se uestibus
iocunditatis sue. et uocauit abram
suam. id est ancillam uel propriam nomine an
cille. et imposuit scapule eius asco
am uini et uas olei et polentam et
lapates. id est cibum olibus constans et pa
nes et caseum. et profecta est. et mirati
sunt sacerdotes pulchritudinem eius et
orauerunt pro ea. Cumque descenderent
montem. tenuerunt eam exploratores
et adduxerunt ad tabernaculum holo
fernis. Qui statim captus in oculis suis.
Sedebat holofernes in conopeo quod erat purpura
et auro et gemmis contextum. hoc est
sericum reticulum contra muscas. dictum sic a co
nopo opido egypti in quo inuentum est.
alii dicunt conopeum quod ad instar com
alato ascendit in altum acute. et dixe
runt assyrii. Quis contempnet populum

hebreorum qui tam pulchras mulieres habent
ut pro his merito non pugnemus contra
eos. Cumque adorasset iudith dixit
ad eam holofernes. ait placuit tibi
ut ad nos uenires. Que sic. certum est quod
in perditionem ibit populus israel. grauiter in
offendit dominum deum suum. uasa enim domini
punctualibus impendunt alienigenis
insuper ordinatum est ut bibant sangu
inem pecorum suorum. quod lex dei omnino prohi
bet gustari. nam et fame et siti iam in
ter mortuos computantur. et misit me
dominus hoc nuntiare tibi. Qui dicet
michi quando reddam eis peccata eorum. et tunc
ueniens introducam te usque in iherusalem. et ha
bebis omnem populum sicut oues quibus non est pas
tor. et ait holofernes. Sic fecit mihi deus
hic deus tuus erit et deus meus. id est in nuo deorum
hebreorum illum. et tu magna eris in domo
nabuch. et fecit eam introducere ubi erant
repositi thesauri eius. Cumque disponeret
quid daretur ei de conuiuio suo ait
iudith. Ex hiis que mecum detuli manducabo
ne ueniat super me ira dei. Cui holo
fernes. Cum defecerint ista quid faciemus
tibi. Que sic. uiuit anima tua quoniam non
expendet hec omnia ancilla tua donec faciat
deus in manu mea hec que cogitaui. pre
cepit eis ei dari copiam egrediendi fo
ras ad adorandum deum suum. et ita per tri
duum noctibus exibat et baptizabat
se in aquis et orabat deum israel. Quarto
die fecit holofernes cenam seruis suis. et dixit
ad uagao eunuchum suum. persuade
hebree illi ut dormiat mecum sponte
et consentiat mihi. fedum est enim apud assyrios
ut mulier alludens uiro immunis tran
seat ab eo. et ait ad eam uagao. Non
uereatur bona puella introire ad dominum
meum. Que sic. Quicquid illi placuerit
erit michi optimum omnibus diebus uite
mee. Et cum ornasset se intrauit ante faciem
holofernis. Qui iocundus factus est bi
bitque uinum quam nunquam biberat in uita
sua. et cum sero esset. festinauerunt serui ad
hospicia eius. et erat iudith sola
in cubiculo. porro holofernes iacebat in
lecto nimia ebrietate sopitus. Dixit

q[ue] iudith puelle sue ut staret foris
et obseruaret et orauit cum lacrimis
dicens Conforta me d[eu]s isr[ae]l et respi
ce in hac hora ad op[er]a manuu[m] mear[um]
et soluit pugione[m] de colu[m]pna q[ue] erat
ad cap[ut] lecti et p[er]cussit bis autem ab
scidit cap[ut] eius et tradidit abre sue et tollens
conopeum et egressa e[st]. Cu[m] uenissent
ad p[or]ta[m] ciuitatis clamauit a p[ar]te q[uo]n[iam] n[obis]
cu[m] deus qui fec[it] uirtute[m] in isr[ae]l[e]m. Et occurre
runt ei om[ne]s a minimo usq[ue] ad maximu[m]
cu[m] luminarib[us] et p[ro]ferens cap[ut] holof[ernis] et co
nopeu[m] ait. Confitemini d[omi]no qui dedit
uob[is] uictoria[m] i[n] manu[m] mea[m] et reduxit
me inmaculatam et uocatus e[st] achior
et uiso capite holof[ernis] p[re] pauore cecid[it]
in t[er]ram. q[ue] resu[m]pto sp[irit]u adorauit Iu
dith. Q[ue] dix[it] ad p[o]p[u]l[u]m. Suspendite
cap[ut] h[oc] sup[er] mur[os] et diluculo facite i[m]pe
tu[m] in hostes. Qui turbati p[er]rexe[run]t ad d[omi]n[u]m
sui [et] u[er]tent[ur] in fugam. Tu[n]c achior p[re]ciad[it]
carnem p[re]putij sui et appositus e[st] ad p[o]p[ulum]
isr[ae]l. Misit ozias nu[n]tios p[er] ciuitates iu
de ut exirent p[ost] eos. porro egressi sunt
ebrei mane et duxerunt assyrij. Egressi s[unt]
milites de castris suis. Cumq[ue] intras
set uagao ut excitaret holof[ernem] uid[it] cada
uer sin[e] capite et ingressus tab[er]naculu[m] iu
d[ith] no[n] i[n]uenit eam. et exclamauit ad
p[o]p[u]l[u]m. Una mul[ier] hebrea fec[it] [con]fusionem
in domo nabuch. et ecce cap[ut] holof[ernis] n[on] e[st]
in eo. et turbati sunt ualde fuge p[re]sidi
um querentes et insecuti sunt eos filij
isr[ae]l et p[er]cusserunt eos usq[ue] ad extremita
tes finiu[m] suor[um]. p[er] dies a[utem] xxx uix collecta
sunt spolia assyrior[um] et uniu[er]sa q[ue] fuerunt
holofernis dederunt Iudith. Ioachim a[utem] su[m]
mus pontifex uenit de ier[usa]l[e]m cu[m] uniu[er]
sis p[res]b[yte]ris ad uidendu[m] eam et b[e]n[e]dixerunt
eam. Tu[n]c Iudith [cantavit] canticum d[omi]no i[n] tympa
nis [et] c[etera]. Sup[er] h[oc] canticu[m] i[n]uenies q[ui]
d[am] d[icitu]r sup[ra]. D[omi]ne d[eu]s iur q[uo]d cu[m] in
hebreo legit[ur] nom[en] d[omi]ni ge[n]itiu[u]m sicut
hic adonay d[omi]ne d[eu]s. p[ri]m[um] e[st] tetragrama
to sc[ri]p[tu]m u[e]l nom[en] d[omi]ni e[st]. In fine canti
ci p[ro]phetauit de die iudicij. dicens d[omi]n[u]s
d[eu]s omnip[oten]s in die iudicij uisitabit suos
et iudicabit i[m]pios ut urantur i[n] sem

pit[er]num. p[ost] h[ec] ascendit Iudith in
ier[usa]l[e]m cum p[o]p[u]l[o] et obtulerunt d[omi]no uota
et repromissiones suas. porro Iudith u
niuersa uasa bellica holof[ernis] et cono
peu[m] optulit in anathema obliuionis | i[n] anathema
et sollempnizauit om[ni]s p[o]p[u]l[u]s et die[m]
hanc i[n] nu[mer]o s[an]c[t]or[um] dier[um] receperunt uoca
tes cambise sc[i]l[ice]t m nabuch. et redij fi
lie Iudith merary ozia iubente in be
tuliam. et mul[ier] fuit de symeon et fil[ia]
de symeon et fuit uiduitate omnib[us] di
eb[us] uite sue. Et completis cv annis
mortua e[st] et sepulta cu[m] uiro suo ma
nasse et dimisit abra[m] sua[m] libera[m]
et planxerunt eam om[ni]s p[o]p[u]l[u]s vij
dieb[us]. Porro cambises ingressus e[st] egyp
tum et uastauit et abhominatus e[st]
religionem eius cimonias et t[em]pla | templa
deposuit et edificauit babilonem
in egypto. Cumq[ue] reuerteret[ur] ab egyp
to egrotabat et ferebat[ur] ceruicibus
regum et mortuus est i[n] damasco. De
P
Ost cambisem duob[us] magis
un[us] de vij magis et darii filio. | [...]
qui iudicabat regn[um] p[er]sar[um] er
meides no[m]i[n]e regn[um] p[er]sar[um] obtinuit di
ce[n]s panthei filiam cambise uxo
rem suas se non uelle sibi regnare
sed [con]suare regn[um] mergi fr[atr]i cambise
q[ui] puer erat. hunc mergi cambises
p[ri]us occiderat i[n] pene trabulib[us] tem
pli solo isto erneide [con]scio hui[us] | sacrilegij
magi et p[er]sidij. Cu[m]q[ue] p[ost] vij menses reg
sui morte[m] erneides substituit sibi
fr[atr]em elegante[m] forma et uult[u] dices | p[ri]m[e]n[u]m
h[un]c e[ss]e mergi filium cyri et cambise
fr[atr]em. h[un]c a[utem] occultato regn[um] de p[er]se facili
potuit fi[er]i in p[er]side. q[uia] ad regem nul | q[ue]
lus intrabat p[re]t[er] domesticos suos.
Unus aute[m] d[e] vij mag[is] cepit illu[m]
h[ab]ere suspectu[m] suspicans non e[ss]e m[er]
gi. hic magnus inter concubinas
regis filiam h[ab]ebat. qui secretius
loq[ue]ns cum ea monuit ea[m] secundum | ut de
nocte attentius palparet cap[u]t | regis
eius et dep[re]henderet ut[rum] auriculas
h[ab]eret. huic enim fr[atr]em erneidis
q[ui]da[m] sibi offensum cambises

inviscaviat auribus. Cumque puella de-
prehendisset eum, aures sibi hec indicavit
hoc patri suo. Qui cum reliquis magis
hoc indicasset, iuraverunt in eum, et non regressi
sunt per annum isti duo fratres. Porro vii ma-
gi cum tractarent inter se quis eorum duceret fi-
liam regis et regnaret pro eo, complacuit
eis ut tali vaticinio unius eorum eligeretur, ut
diluculo venirent super equos soli in atrio
pallacii ante fores templi, et cuius equus prior
hinnitum daret, secundum oraculum deorum rex con-
stitueretur. Erat unus eorum Darius filius
Ytaspis, qui secretius loquens cum custode equo-
rum suorum mandavit sibi ut in loco eo adque
in crastino convenire debebant, equo suo
de nocte subponeret equam. Cum sequenti die vii
magi ad eundem locum devenissent, statim ad
equi memoriam equus Darii hinnitum dabat, et
sic astutia in regem sublimatus est. Et regni
anno xxix regni Persarum, Zorobabel de reedifi-
catione templi ascendit ad eum zabu-
lon Zorobabel, et per hoc Darii insipientiam
temptavit animum regis mutare, sed non po-
tuit, et sic persuasit Dario secretius ut vove-
ret votum deo Israel, quod si eum regem faceret,
restauraret templum eius, universa va-
sa domini que adhuc erant penes reges
Persarum remitteret in Ierusalem. De reedificatione templi et ag[geo]

Cum audisset itaque Zorobabel hec, con-
regnante fiducialiter aggressus est
reedificare templum, Aggeo et Za-
charia exhortantibus populum, quam predica-
bant eis dominum esse offensum eo quod habitarent
in domibus laqueatis et domus domini esset de-
solata. Hec autem signa ire dei dicebant quod sere-
bant multum et inferebant parum. Principes
autem regis Persarum qui erant trans flumen inter-
dicebant reedificationem. Cumque vidis-
sent seniores Iuda quod eis hec precep-
tum esset, et nephas esset contradicere, placuit ut litte-
ras ad Darium deferret, et ascendit Zoro-
babel cum nuntiis principum ad regem et ho-
noratus est ab eo supra quam speraverat.
Nam in cubiculo regis dormiebat cum aliis
duobus cubiculariis. Porro rex Darius ce-
nam exhibuit satrapis Persarum et Persis et In-
die et Ethiopie et magistratibus cxxvii
provinciarum. Ea nocte ex satietate nocte dux

in sompnis, et posuit quoniam iuxta custodi-
bus corporis sui quod dicitur fortius videtur, rege,
vino, mulieres, promittens munera et hono-
rem ei qui sapientius vicisset. In crastinum co-
ram satrapis et magistratibus accesserunt illi tres,
et ait primus regem esse fortiorem ceteris. Cumque
homo preesset ceteris animalibus, rex preest hominibus, et
ad nutum eius omnia fiunt. Secundus quod prevaluit vi-
num fortitudine, quia cum homo non preesset ceteris
nisi animi fortitudine, vinum superat ipsum animi for-
titudine. Zorobabel vero mulierem fortiorem ut-
raque asseruit. Nam et regibus et eis qui vites
plantant mulieres vitam conferunt et alionis et
ad robur usque producunt, et pro mulieribus
homines animas ponere non timent. Retulit
se vidisse concubinam ... regis alapas
regi imponentem, cumque illa arrisisset re-
gi arridentem, et ea molesta rege molles-
tum. Super hec omnia veritatem dixit fortiorem
que immutabilis est et sempiterna. Veritas enim dominum
omnia creaverat, et ad eius providentiam orbis
regebatur, et nil ei resistere poterat. Cumque omnes
iudicassent fortiorem esse veritatem, dixit rex ad
Zorobabel ut peteret ab eo quod vellet, et pos-
tulavit Zorobabel templi reedificationem
et vasa domini et remitti in Ierusalem, et gavi-
sus est rex, nam idipsum meminit se vovisse,
et scripsit per epistolam principibus suis trans
flumen ut nullatenus impedirent Iudeos,
sed de sumptibus regis iuvarent eos, dantes
eis per singulos dies hostias sacrificiorum et vi-
num et sal, ut offerrent ea deo celi et orarent
pro vita regis et filiorum eius. Et addidit: Qui-
cumque hanc mutaverit iussionem, tollatur lignum
de domo ipsius et configatur in eo, domus autem eius
publicetur. Ego Darius statui decretum hoc
quod studiose impleri volo. Remisit quoque
vasa domini per manum Zorobabel, qui reduc-
tus per eandem contribulibus suis regis
mandata patefecit, et ascenderunt multi in Ierusalem.
Nam anno secundo Da[rii] ... cum eo- (quod xlvi annis edificatum est templum)
rum misere vii instabant operi et compleve-
runt in anno vi Darii, qui erat xlvi reg-
ni Persarum, secundum eundem est in evangelio xlvi annis
edificatum est hoc templum usque ad vi annum Da-
rii. Hec ex apocrifis, quia dedit Cyrus redeundi
et reedificandi templum usque ad vi an-
num Darii quo consummatum est, tot anni fluxe-

et occiderunt eum

Hinc familiaris est Zorobabel cum inter dixisset

Tres leguntur templi dedicationes. Una facta a Salomone, post consummationem templi ab eo facta et septembris. Secunda legitur facta fuisse in Ver sub Dario a Neemia et Zorobabel. Tertia legitur facta per Judam Machabeum qui Demetrio Antiocho expugnato dedicavit templum adeo immundatum ut etiam frutices in eo dicantur pullulasse xxiii die Septembris. Et tunc dicitur fuisse encenia. Hec dedicatio stetit in posterum de qua dicitur in evangelio facta sunt encenia in Jerosolimis et hiems erat tempus

runt et mortuus est Aggeus et sepultus iuxta sacerdotum monumenta. Convenerunt autem filii Israel ad dedicationem templi et dedicaverunt in mense xii qui apud Latinos martius dicitur xxiii die mensis et hec est secunda dedicatio templi una lis et celebraverunt filii Israel phase solemne domini. Dartha vero quoniam vel quando receperunt eam intercurrit ... filii qui ad epiphaniam dicit eam usque ad diem judicii non cessuram de latibulo petre certum quod hebrei in star prioris edificaverunt alteram. Nam et manubias quas tulerunt romani de iudea leguntur translata archa domini candelabrum et mensa et mortuus est Zacharias in senectute bona et sepultus iuxta Aggeum porro Darius est decessit ab eo egyptus mortuus est.

Rome post [illegible]actos reges primum consules abrupto consulatu ceperunt usque ad xv olim pridem roma tenebat ipsum. Inde tribuni et consiles plebis et dictatores et rursum consules rempublicam rexerunt usque ad Julium cesarem. Pittagoras mortuus est Rome post expulsionem regum fuit seditio discessit.

Post quem Darius Serxes primus Xerses filius eius successit ei in regnum qui prime voluptatis honorandi donum heres accepit. Eo tempore princeps fuit sacerdotum heliachim filius Joachim filius Je... et erat immunda cura et gendarum penes sacerdotes qui prius sub regibus et iudicibus fuerat. Deinceps autem perses egyptum que a perse recesserat grecia vastavit decius fortitudine refert multa grecorum hystoria.

Sed hic dicit Josephus esdram venisse in iudeam sub Artaxerse ipse dicit se ipsum venisse post Xersem regnum Arthabanus mensibus vii. Eo tempore natus est Socrates. Lapis habens formam inegentum mare de celo cecidit.

Post hunc Artaxerses Dartha Serxe dictus qui et longimanus dictus est regnum persarum obtinuit. Eo tempore Esdras Aaronita legem succensam a caldeis reparavit. Novos quoque apices litterarum excogitavit qui faciliores ad scribendum fierent et ad pronuntiandum et postea velox scriba dictus est. Nec est mirandum si per spiritum sanctum libros reparavit cum plures in diebus nostris psalterium et libros ymnorum reparaverunt et plures huius deletos sciret reparare.

(... libros)

Addidit etiam quedam de suo sicut tytulos psalmorum et plura que leguntur in pentateuco. Quidam tradentes dominum fuisse iosadech patrem ihesu et machabeum. Sic quippe veri simile quidam que superflua intellexerit ipsum subtraxisse. Tradunt autem quidam modum scribendi a dextra in sinistram esse iudeis traditum sed ante tempora quomodo arcanum scriptum taret vero est sepius extractio solet dici. Scribebat enim a sinistro cornu in dextrum et a dextro redeundo scribebat in sinistrum. Forte pristinum modum scribendi prefiguravit. Sed id ipsum quod in significatione in missa per translationem libri de dextro in sinistrum. Porro Esdras invenit gratiam in oculis Artaxersis et petiit ab eo licentiam ascendendi in ierusalem ut in lege quam reparaverat populum erudiret. Dedit igitur ei rex licentiam recedendi et tradidit epistolam ad principes suos trans flumen et ad custodes arche publice ut traderent Esdre sine mora quecumque peteret ab eis usque ad argenti talenta c. et ad frumenti choros c. et ad bathos olei c. sal vero sine mensura. Ministris vero templi sacerdotes levitas ornatores ianitores nathineos ab omni vectigali tributo et annonis absolvit. Dedit Esdre potestatem amovendi et constituendi iudices secundum sapientiam suam et puniendi contumaces suis in mortem sive in exilium sive in condempnationem substantie vel etiam in carcerem. Hanc epistolam legit Esdras iudeis in Babilonia constitutis. Exemplum vero eius misit ad filios Israel qui erant ultra montes caspios et venerunt ad Esdram de eis sacerdotes et levite et de nathineis. Congregati sunt cum eo ... decem et egressi sunt anno vii regis Artaxersis prima die primi mensis et convenerunt ad fluvium qui decurrit ad Amanam sive dicitur iuxta Eufraten et post eam ... una fluvius decurrens in Eufrate vel Eufratis rivulus et manserunt in tribus diebus et predicavit eis Esdras ieiunium ut affligerent se coram domino et peterent ab eo viam rectam et securam. Erubuit enim Esdras petere a rege ducatum in via dicens manus domini dei nostri est super omnes qui querunt eum. Et separavit Esdras de sacerdotibus xii.

Nota: si una sola candela fuerit in altari portanda in missa cantanda in sinistro cornu altaris ponatur quia quod in dextro sinistrae designat gentiles qui modo illuminantur et iudei excecantur qui dexteram significant.

i. presides cum flumine

(marginal notes: capitula; eius; una; una)

quib; 9misit uasa dni et multa que
mittebat rex ierlm et principes eius
et uenerunt ierlm mense .v. et siluerunt
tribus dieb;. Quarto die obtulerunt in
domo dni que secum tulerant offerentes
holocausta in gratiarum actione dederunt
q; eplam regis ducib; transfluminis qui
honorauerunt ppl'm di et domum di. De. IX
Tunc accesserunt principib; isrl'.
ad esdram principes isrl' di
centes si separatus ppls isrl' a po
pulis terrarum. Tulerunt enim de filiab; eorum sibi
et filijs suis uxores. Manus quoq;
sacerdotum et principum et sacri sacerdotes
in hac inuenitur transgressio. Tunc scin
dit esdras uestimenta sua et sedens consternatus
iacuit infra. usq; ad sacrificium uesp
tinum. Tunc accesserunt ad eum princi
pes. Surge tuum est discernere quid
agamus manus nra erit tecum. Et
adiurauit esdras sacerdotes princi
pes et leuitas ut proicerent uniuer
sas alienigenas et eos qui de hijs na
ti erant. et missa est uox ad omnes filios
transmigrationis et conuenerunt in ierlm us
q; in tercium diem mense .ix. qui decem
br' apud latinos dr' .xx. die mensis. Et sur
gens esdras criminabatur omnes il
los quod contra legem dei sem scm commis
cuerant se incircumcisorum et opus est ut ab
icerent uxores. Et populus multitudo multus
ppls est et tempus pluuie et non sustinemus eos
stare foris et opus hoc non est unius diei uel
duorum elige tibi principes transfluminis per uni
uersum isrl' et apud quoscumq; inueneris mu
lieres alienigenas citentur in ciuitatem et i
uente sunt in ierlm post filios et filii
iosedech et fratres eius et statim eiecte sunt.
Nec enim crederetur in ihm magnum sacerdotem
huiusse alienigenarum. et uisus azacha
rias sordidis uestib; indutus ad filios
quos eius referendum est licet cum pontifex
esset ipsum non arguebant eo quod fecerit p
uniuersum isrl' et offerebat unusquisq;
pro quo inuenta erat hec transgressio
arietem pro delicto suo pecori. De neemia.
Et factum est in anno .xx°. regis XII
artharxersis erat pincerna regis
neemias de filijs captiuitatis qui
dum esset in susis castro audiuit peregrinos
hebrayce loquentes et accedens cunctatus
ab eis de statu iudee et ierlm et accepit
ab eis urbem esse sine muris et habitatores
eius ppl'm di in afflictione. Nam per diem
sustinebant impetum hostium et noc
tib; intrabant latrunculi et plateas
implerent cadauerib; occisorum et fleuit
neemias et cibum desiderabilem non
comedit nocte et die clamans ad deum.
Cumq; staret in mensa et leuaret uinum re
gi apparuit quasi languidus ante eum et ait
rex. Quare tristis es quod ne malum la
tet in corde tuo. Et ille timens. Ciuitas se
pulchri patrum meorum deserta est. Si bonum ti
bi uidetur mitte me et redificabo illam. Et
ait regina que sedebat iuxta regem. Quando
reuertis. et constituit ei tempus reuertendi. I
stam fuit hester regina hester ut quidam
tradunt nec in dieb; esdre hystoria illa oc
currit. Non enim esdras in uolumine suo
siluisset de hester. et dedit rex neemie
eplam ad principes transfluminis in qua
mandauerat de honore exhibendo nee
mie tamquam duci et legato misso de
latere eius et de impendijs urbis
reedificande. et misit cum eo principes
militum et equites et transitum faciens
per babiloniam multos captiuitatis secum
duxit et uenit in ierlm .xxv. anno reg
ni artaxersis secundum iosephum porro in ierlm
summus erat sacerdos elyasib filius elia
chim et siluit neemias trib; dieb;
et noctib; consurgens cum paucis circuibat
ruinas murorum considerans qualiter reedi
ficari possent. Quarta die locutus est
ad multitudinem. Venite et edificemus
muros ierlm et non simus ultra in obprobrium
gentib; manus enim dni nobiscum est et
uerba regis que locutus est michi.
Et surrexerunt De edificatione. XIII
sacerdotes et edificauerunt portam
gregis alia translatio habet edifica
uerunt portam et probaticam piscinam.
Hec porta iuxta templum per quam introdu
cebantur greges ad offerendum. Secundum ali
os turris gregis. Fuit autem alia tur

Non ab hac reedificatione intelligenda est computacio .lxx. ebdomadarum que incepit in xx° anno artaxerxis per Neemiam ut dicitur super Danielem ix.

ris gregis iuxta bethleem .i. iacob pau(it)
pecora sua. et pastores uigilantes sup(er)
gregem audiunt multitudinem milicie ce-
lestis. Secundo filii asanaa edificauerunt portam
piscium ... ualuas eius et seras et uectes. Hec
respicit ioppen et dyapolin per quam inferebatur
copia piscium. Hec secundum iosephum porta dicta est porta
... Tertia edificauerunt portam ueterem pig-
mentarii et aurifices. Vestigia enim istorum
erant adhuc iebuseorum et melchitidis. iiii
porta uallis. q.s. ducebant in uallem iosaphat
edificauerunt filii zanoe. v edificauit por-
tam sterquilinii. Melchias princeps in bethaca-
rem. per hanc portam sordes ciuitatis efflu-
ebant inundantibus fluuiis in torrentem
cedron. vi edificauit portam fontis prin-
ceps pagi mas pha et muros piscine
syloe. muros autem inter portas edificauerunt
prius ... et ciuitates unusquisque pro possibili-
tatem sua. Nec te moueat si alia no-
mina portarum inuenias quia forte in ortu mo-
dernorum sunt ut aliquando ... alia post alia
sortita sunt uocabula. Nam porta negocia-
torum forte porta est gregis in qua negociato-
res ergastia sua posuerunt ob templi ui-
ciniam. Et porta iudiciaria potuit esse porta
uetus que in fronte ciuitatis pre eminne-
bat porta aquarum potuit esse porta fon-
tis porta equorum non fuit porta ciuitatis
sed statuta erat ante atria templi usque ad
quam ascendere in equis licitum erat. Por-
ro neemias cum suis suis instabat o-
peri nec sompno nec cibo saciauit. Ute-
batur secundum necessitatem et consumatum est opus
pannos duos et iiii menses. Sed simul
ta angustia et periculis in pedimentis. Fi-
nitime naciones in manu forti aggre-
diebantur eos. Neemias in media parte
populi armata statuit circa ciuitatem
ut sustinerent impetus aggredientium
alia uero media pars edificabat. Vnam
manu ponentes lapides et altera gla-
dium tenentes. Porro secundum interuen-
tum impedimentum orta est fames in fra et ob-
ligauit se populus debitis sub usuris. Sed
et agros et uineas et oliueta uendere
compulsi sunt. Tandem filios et filias
uenundare in seruos. Et conuocata mul-

titudine compleuit. Neemias dites et ma-
gistratus remittere usuras et restituere uine-
as et agros et suos quos emerant ex
ciuibus suis sui dites. Sic excutiat deus
omnem uirum qui non compleuerit uerbum hoc. et dixit
uniuersa multitudo amen. Ipse uero annonas
que regi dabebant condonauit. Cum enim
dux missus esset a rege tamen annonas
que ducibus debebantur non comedit a prima
die qua egressus est a rege usque dum re-
dit ad eum. Ipsa tamen huit in penuria
quos principes transfluuium qui in uidebant
et corrumpunt quidam multis seniorum qui
erant in ierusalem ut eum morti traderent uel
proderent. Quod cum ne querent uariis eum
terruerunt rumoribus ut sic ab opere ces-
saret dicentes multi iurauerunt aduersum
te. uade absconde abeas. Rursum age quod
bat delatum est ad regem quod uelis rebellare
re. et te facere regem iudea. Noli exasp-
erare dominum tuum. Cumque multa fingerent
in hunc modum non preualuerunt quia manus
domini erat cum eo. De inuentione ignis.

Postquam autem edificatus est
murus quia pauci erant habitatores
in ierusalem precepit neemias ut
clauderentur porte ante solis occasum
nec aperirentur ante sol calorem. Cumque
numeraret inuenis. vii. qui fecerunt aput
eos sollempnius et conuenerunt in ierusalem
quasi uir unus. et accepit neemias quod
non habebant ignem de celis missum traditum quod
est ei a senioribus quod iere in diebus cap-
tiuitatis abscondat stipites altaris
et prunas in uasculis terre in ualle iosaphat.
Cumque uenisset ad locum eruderauerunt pu-
teum et inuenerunt stipites et prunas et
aquam crassam et tollentes ea super stru-
em lignorum et hostias que erant super al-
tare proiecerunt et erupit ignis. et appella-
uit neemias hunc locum nephar quod interpretatur
sanctificacio alii dicunt nephi. et orabant
sacerdotes ionatha inchoante et ceteris re-
dentibus. De obseruantia tabernaculorum.

Porro prima die scenophegie conuene-
runt ad esdre ut afferret librum legis
moysi et legeret coram populo. Ste-
tit esdras super gradum ligneum quem fe-

no

est quum quod sub esdra leguntur ionatha inchoante et ceteris rindentibus et quod in fine ieiunium
... liber machabeorum idem legitur et ... longo fuit tempore post restitucionem
... hystoriam ... filios israel
dispersos ... in ... ut uiuere
... et sic ... a machabeis memorata est sollempnitas
... ignis ... ionatha inchoante et ceteris ...

cerat ad loquendum uix pre angustia. i. pre tam angustia senis qui erant uixerat et legit de mane usque ad medium diem. leuite uero xii. silentium faciebant in populo. flebat autem omnis populus. et dixit ad eos esdras. Nolite contristari quia sanctus dies domini est. Sed ite comedite pinguia et bibite mulsum. et date partes eis qui non preparauerunt sibi. Cumque redisset in diem secundum inuenerunt in lege preceptum a domino. ut habitent filii israel in tabernaculis mense. vii. in die sollempni et mandante esdra egressi sunt et tulerunt frondes oliue et ligni pulcherrimi mirti et palmas et fecerunt sibi tabernacula in atriis et domatibus suis et in atriis domus dei quod non fecerant a diebus iosue filii nun. et obseruatum est deinceps in israel usque in hodiernum diem. Die uero. viii. fecerunt collectam iuxta ritum statuentes ut quisque daret terciam partem sicli pretium ad oleum et panes propositionis ad ligna et sacrificia sempiterna in diebus festis et pro populo. Die uero. xxiiii. quod audierant in lege amonites et moabites non intrabunt ecclesiam dei. Separauit ab ecclesia alienigenas et in mundatione sui statuerunt incrastinum generale ieiunium ut affligerent animas suas homines iuxta uias usque ad plures septenes et conuenerunt omnes ad audiendam legem quater in die et quater in nocte. In lectione finita seruiebat populus ad orandum et fiebant preces super eum et tandem benedictionem sacerdotalem ex hiis ut dicit beda ecclesia traxit exemplum. Nam et secundum gradus legere et leuite proclamatores faciunt ipsi et omnes conueniunt ad ecclesiam. et sic penitus eo modo quo illi. Semel enim in nocte surgimus ad nocturnos secundum illud media nocte surgebam ad confitendum tibi. In die uero septies secundum illud. Septies in die laudem dixi. Singulis autem horis quod legitur lectio quam capitulare dicimus post quam prosternimus nos ad preces in diebus profestis et secundum ordo per benedictionem.

De dedicatione muri et obitu neemie.

Porro uidens neemias urbem esse uacuam habitatoribus rogauit optimates ut habitarent in ierusalem et benedixit eis qui sponte se obtulerunt. Reliqua uero multitudo misit sortem et .x. caput super quem sors cecidit fecit habitare in ierusalem. Post aliquod tempus congregati sunt in ierusalem ad dedicationem muri. et ascenderunt sacerdotes et leuite et cantores cum musicis instrumentis et psallentes incedebant per murum. Esdras uero precedebat. Neemias et optimates cum eo super alteram partem muri incedebant psallentes. Reliqua uero multitudo sequebatur eos super terram et ducebant choros. His expletis rediit neemias ad regem. anno. xxxii. regni sui. Et mortuus est esdras in senectute ueneranda et cum multa sollempnitate sepultus in ierusalem. Hunc quidam hebreorum autumant fuisse malachiam. Sed malachias post regressum captiuitatis natus est in iudea in sapha. Qui quia uite optime fuit et aspectu decorus populus appellauit eum malachi. i. angelum. Tradunt et quidam quod sibi prophetice dicebant eadem die angelus dei apparens iterabat et mortuus est dum adhuc iuuenis et sepultus est in agro suo. Porro circa finem dierum suorum rediit neemias in ierusalem ex beneplacito regis et intellexit mala que fiebant in ea. Sacerdotes namque in diebus illis sue non habitabant in gazophilaciis circa templum sed in domibus propriis cum omni domo sua et custodiam uasorum dei posuerant in domibus secularibus a templo et edificauit de proprio gazophilacia in quibus excubabant sacerdotes et reponebant uasa. Preterea inuenit populum calcantem torcularia in sabbato et inferentes in ierusalem uinum et uuas ficus et omne onus gentesque inferebant pisces et uenalia et uendebant in sabbatis filiis iuda et obiurgauit neemias optimates dicens. Cur prophanastis diem sabbati et induxistis iram dei super israel et super ciuitatem hanc. et adiurauit eos de custodia sabbati et precepit claudi portas in sabbato ne intrarent negociatores et manserunt extra ierusalem semel et bis. contestatus est eis neemias si iterum in tempus uenirent manum mitteret in eos et recesserunt et fecit neemias bibliothecam congregans libros de regibus

De edificatione muri et obitu Neemye

Indutia ea etate solis defectio facta est ·
18 mo de ethna erupit ignis plato natus
est ypocras medicus claruit · dyonisius 2
cicilia tyrannidem exant

Nota paula fuit quedam vidua romana nobilis et sanguine
...erti orientales ...ad concilium et inter eos
fuit Roma Epiphanius qui ... apud eam que
ad predicationem eius transiit mare cum una filiarum suarum
... et eustochio. ... tradiderunt ...
... in bethleem et edificaverunt ibi cenobium de
propria substantia in quo ... cum filia sua et cum
aliis mulieribus deo ...
... et in eadem villa
manebat ieronimus qui ad
eam petitionem hanc hystoriam
transtulit de caldeo
in latinum et multa alia

et propheta zacharias duo et epistolas regum et donari-
is et plures omnibus que fecerat detulit
ad dominum neemias dicens · Memento mei
domine in bonum usque huc sumpta est se-
ries hystorie ab annalibus hebreorum preter
hester · Cetera que post hec apud iudeos gesta sunt
de scriptis iosephi et affricani exhibentur
et de libro machabeorum · Quem quidem au-
ctoris scriptum arbitrantur · quidam agreas ·
Et mortuus est neemias uir benignus · et se-
pultus est uir magnus quem edificavit post
arthaxersem regem xerses duobus mensibus · post
quem sogdianus mensibus · vii · post quem reg-
navit darius cognomento nothus sub quo e-
gyptus recessit a persis · post darium regna-
vit archaxerses qui cognominatus est memor
darii et pasitidis filius hic ab hebreis di-
citur assuerus sub quo hystoria hester scripta est ·

Librum hester hystoria hester ·
transtulit ieronimus · ad peticionem pau-
le et eustochii de hebreo in la-
tinum · et qui in greco corruptus erat per
varias editiones revelavit eum de
archivis hebreorum et diligenter transtu-
lit verbo ad verbum · Regnavit assuerus
ab india usque ethyopiam super · cxxvii ·
provincias et erat in susis civitate solium
regni eius · Tertio igitur anno imperii sui
fecit grande convivium cunctis principi-
bus suis provinciarum et inclitis coram
se · c · lxxx · diebus in domo illa mirabi-
li de qua legitur de hystoria alexandri cuius
columpne erant argentee tectum in
star firmamenti cogemmatum hiis gemmis
diversi coloris in figuram syderum et signo-
rum dispositas post hos dies convivio
invitavit omnem populum qui erat in
susis · discumbentibus extra domum · vii ·
in vestibulo orti delitiarum · In orto erant
vinea hiis vites argenteas et pal-
mites aureos · ex varietate gemmarum
distinctos · Super columpnas extensa
erat tentoria a que appendebantur columpnis
argenteis et marmoreis et eburne-
is circulis inserta funibus bissinis
atque purpureis lectuli quoque aurei
et argentei dispositi erant super pa-
vimentum smaragdino et pario stra-
tolo

tum lapide Bibebant autem omnes
in aureis poculis unum saporem et hin-
das nec erat qui nolentes cogeret ad
bibendum sed id moris est apud persas · Vas-
ti quoque regina feminarum fecit convivium in
pallacio regis die autem vii · cum rex incal-
luisset mero precepit · vii · eunuchis ut introduce-
rent reginam in decore suo ut ostenderet
omnibus pulchritudinem suam · Que ad
imperium regis contempsit venire · et ira-
tus rex consuluit a vii · sapientibus qui vi-
debant faciem eius quid de ea fieri oporteret · Et
respondit mamuchan · Non lesit te solum vas-
ti · sed viros regni tui · Nam eius exemplo
mulieres parvipendent imperia virorum ·
Egrediatur igitur edictum a facie tua ut
vasti non ingrediatur ad regem · sed altera
melior regnet pro ea · et exiit edictum
per omnes provincias per epistolam regis · et dixe-
runt pueri regis ad eum · Querantur
regi virgines puelle speciose et trada-
tur aggeo eunucho ad custodiam et ac-
cipiant mundum muliebrem · i · vestes
et cultus ornatus · unguenta et mistros ta-
lium mundiburdos vocamus et que-
cumque oculis regis placuit fiat regina · et
iussit hic fieri · Erat tunc in susis vir ... vo-
cabulo mardocheus de tribu iemini · hic erat
nutricius filie fratris sui edisse que et hester
vocabatur quam orbatam utroque pa-
rente mardocheus adoptaverat in filiam ·
Hec inter ceteras tradita est eunucho
nec indicavit populum suum sic enim ma-
daverat et mardo-
cheus et invenit
gratiam
in oculis
eunu-
chi et
acce-
lerauit
et c-
tum
mise
ri-
dit ei
vii · pu

regnet pro vasti

Beniamin · qui descendit
de filiis ingenue sectionis

ellas ut eā ornaret et extollent.
porro uirgines ungebant. p. vi. m
ses oleo mirtino et alijs. vi. quibz
dā pigmētis et aromatibz utebant.
ut p⁹ annū ingrederet ad regem et
que uespe intrabat egrediebatur
mane nec poterat redire nisi rex ex
nomie iussisset eam uenire. Mardo
chius autem uersabatr i uestibulo do
mus regie curam agens salutis fili
e. Tandem istabat dies quo hest⁹ fi
lia abiel intrare debebat ad regem
nec q̄siuit ab aggeo cust mulierum
sz posuit i uoluntate eius qui te
nebat puellis dare quicqz petissent
et intrauit ad regem anno. vij. regni
ipi⁹ mēse. x. qui hebrayce dr thebeth
latine ianuarius et inuenit grām
ap regem et fec eam regnare p uasti
et celebrauit nupcias p mensem et ma
dauit pēos qui aggary dr. i. curso
res regis in uniuso regno p t ̄c nupci
as. Mardocheus qui frequenter in baby
lonia uia morabatur ... et adduc
ta fuerat hester transtulit se in susis.
Eo tpe irati s̄ duo eunuchi et machina
bant ut interficerent regē qd nō latuit
mardocheū et indicauit hest⁹ et illa
ex nomie mardochei detulit ad regē.
Q̄ situz ē et i uentū et appensi
patibulo et traditū ē coram rege in a
nalibz in quibz reges accidentia tpis
sui redigebant. Post h assuer⁹
exaltauit amā
amalithi
tem qui
erat de
stirpe
agag quē samuel trucidauit et ado
rabat eum sicut regis p ̄c mardoch⁹
qui p p̄ris legis genu nō flectebat.
Q̄ attendēs amā indignatus et ac
cipiens eum hebreum ee. ait ipse libi
flectunt genua. h ̄a sim⁹ dedignatur
et disposuit pdere iudeos qui erant
in regno assueri ueteri motus odio
qr iudei deleuerat amalechitas. xij.
itaqz anno regni assueri mense p̄mi
sa ē sors in urnam que hebrayce f
coram amā quo die et quo mense
gens iudeoz deberet interfici et exiuit
mensis. xij. tc ait amā ad regem. Inse
regis suaere pacē. Nouit a patris ē
dissimilitudo. Est gens in regno tuo
dispsis ceris nouis utēs legibz ī sr
regis ita cōtēpnēs. Expedit tibi ut
non insolescat. decernē g⁹ ut pereat
et ne dispendiū senciās in tributis.
x. talentoz ex pendam archariis
tuis gaze. Tulitqz anulum quo u
tebatur et dedit illum amā dicēs:
Argentū tuū sit et de populo age qd t
placet. Tūc scripsit amā ex nomie
regis litteras anulo regis designatas
in oēs prouincias ut occiderent iudei a
puero usqz ad senē et bō eoz diripe
tur. xiij. die mēsis. xij. statimqz in
susis impendebat edcm. Qd cū le
gissent iudei fleuerunt. Sz et mardo
che⁹ indut⁹ sacco et aspsus cinere
eiulabat magna uoce p foribz pala
cij. Non enim licitis erat indutus sac
co intrare palaciū. Q̄ cū accepis
set hest⁹ consternata ē et misit ei ueste
qua indutus intrauit ad eam qn
accipe noluit sz signauit ei p eunu
chū eam fletus et exemplar edci
q pendebat in susis misit ei monēs
eam ut intraret ad regem et sup
plicaret ei p populo suo. Q̄ r. Iam
xxx. diebz nō sū uocata ad regem.
Decretū ē ut qui nō uocatus acces
serit moriatur nisi forte rex aure
am uirgam ad eum intenderit. Rur
sumqz dix. mardoche⁹ ad eam. Q̄s
scit utr̄ ideo adueneris ut in tali te

pore pareris. Si nc silueris p aliam
saluabit dominus pplm suu/ et tu
et domus pris tui pibitis. Tunc man
dauit hest mardoch ut omis iudei
qui erant in susis p triduu ieiuna
rent et orarent p ea/ sz et ipa ieiu
nauit. Die autem tercia induta regali
bz stetit in atrio domus contra basilica
regis cum duabz puellis. Quarum u
na inplente sustinebat/ alia sequens
longitudine uestiu summis digitis
deportabat. At ille sedebat supra so
lium contra hostiu domus. Qui cum
respexisset eam torno uultu collapsa
e. Cumqz uidisset hest lapsam placa
ei et extendit contra eam uirgam au
ream. et surgens uenit ad eam et
fouens eam gremio consolabatur dicens.
Noli timere. p subditis lex data e. tu
michi conregnas. Que surgens et acce
dens osculata summitate uirge eius.
et ait rex. Quid uis hest? quid qd
petis dabitur tibi. Que rs. Obsecro
ut ueniat hodie rex et aman ad conuiuiu.
Veneruntqz ambo ad conuiuiu regine.
Cumqz rex bibisset habundanter ait/ pete
qd uis hest. et impetrabis. Que rndit.
Obsecro ueniat cras rex et aman ad conui
uium et indicabo ei cor meum. Egressus
itaqz aman letus. Cumqz uidisset mar
doch nec assurrexisse sibi indignatus
e/ conuocans uxorem et amicos expo
suit eis omem gloriam suam/ addens qd cum
solum hest cum rege uocauerat ad
conuiuium/ tamen nil se habere reputabat
dum uideret mardocheum. et dixerunt ei.
Iube parari trabem .l. cubitorum et suggere
regi ut appendatur mardocheus in ea/ ut
sic eas letus ad conuiuium. et iussit pa
rare trabem. Noctem illam duxit insompnem
et iussit sibi legi annales/ et uentum
e ad locum ubi scriptum e quod mardoch nun
ciauerat regi facinus eunuchorum. et ait
rex. Quid honoris consecutus e mar
docheus ~~nunciauerat~~ regi p hac fide.
Et dixerunt ei nich. et quesiuit rex
quis esset in atrio/ et dixerunt puer. a
man. Ipse ut suggereret regi de morte

(et mencat)

mardochei. Cumqz uocatus intrasset
aman. Dixit rex ad eum. Quid debet
fieri uiro quem uellet rex honorare.
Qui cogitans pse dictum ee. rs. Debz
indui stola regia et coronari dyade
mate et sedere sup equum regis/ et primus
de principibz teneat equum et p ciuitatem
incedens clamet/ sic honorabitur quem
uoluerit rex honorare. Dixit ei festina
et fac ut locutus es mardocheo. Ca
ue nequaquam pretermittas ex hys. et
fecit aman mardoch ut locutus fuerat
qui prius renitebatur putans sibi illu
di ab aman/ sz ueritate cognita consen
sit/ et rediit mardocheus ad fores pala
cij. aman u festinauit in domu lugens.
et operto capite. Dixerunt ei sapientes amici eius.
Si de semine iudeorum e mardoch. ante quem
cadere cepisti non poteris ei resistere. sz ca
des. et ecce nuncij regis compellebant eu
intrare. et intrauit cum rege ad conui
uium et ait rex pete quod uis hester.
Que rs. Da mi animam meam et ppl'm
meum ne pereamus. Venditi enim sumus uenu
damur et gemens tacerem/ et ait
rex quis e qui hoc audeat facere. Que rs.
hostis nr aman iste. Quod ille audiens
obstupuit. Rex autem iratus surrexit.
et intrauit in ortum. aman uero suppli
cat regine p anima sua. Cumqz reuer
sus esset inuenit aman corruisse sup lec
tum in quo iacebat hester et ait rex
et reginam uult opprimere me presente
et dixit arbona eunuchus. En lignum
quod parauerat mardocheo stat in domo a
man/ et ait rex/ appendite illum in eo
et suspensus e aman in patibulo/ et de
dit rex hest domum aman/ et ingressus
e mardocheus ad regem. Confessa e .n. he
ster quod patruus suus esset/ et dedit rex a
nulum mardoch quem ab aman recipi ius
serat. hest autem constituit mardoch sup
domum suam. Que iterum flens procidit ad
pedes regis supplicans ut ueteres litteras
quas scripserat aman contra iudeos nouis
epistolis irritaret/ et acquieuit rex/ et
scripsit mardocheus litteras anulo regis
sigillatas principes prouinciarum ne occide

rentur iudei · immo eos qui parati erant
ad occisionem iudeorum interficerent iudei et
manus principum erat cum eis · et fama
nominis iudeorum celebre erat ita ut plures gen
tilium religioni eorum iungerentur · Et recorda
tus est mardocheus sompnii quod viderat · et
interpretacionem intellexit · et hoc erat sompnium ·
nium · Apparuerunt et voces et tonitrua
et terre motus super terram et ecce duo
dracones parati contra se in prelium · ad quo
rum clamorem naciones excitate sunt ut
pugnarent contra regem iustorum · et fuit dies
illa tenebrarum et discriminis · et turbata
gens iustorum iudeorum clamavit ad dominum
